ſtratio cãfore bibẽdo ⁊ ſupponẽdo de illis q̃ ɔfert ad i
ſtud ẽ ſumere in potu lac hñ decoctũ cũ ferro ignito ⁊
in quo eſt ſcorria ferri de quo cũ q̇buſdam ſtipticis in
potu tribuant' õi die. ℥. iij. ⁊ acetoſitas' citri bona ẽ ual
de. Et ſilr det' in potu gũmi arabicũ cũ dragagãto ⁊ ſe
mẽ lini cũ aq̃ calida. ⁊ troc. de ſpodio cũ cãfora ɔferũt
ei ualde. ⁊ ſilr det' in potu gũmi arabicũ cũ dragagãto
⁊ ſe. lini cũ aq̃ calida ⁊ troc. de balauſtĳs. ¶ Cõfecti
o medicine ultimi iuuamẽti. ℞. terre ſigillate ⁊ bolli ar
meni ⁊ aluminis ⁊ gallarꝫ ⁊ ſan. draco. ptes eq̃les de
quorꝫ ſũma accipiat'. ʒ. i. ⁊ cãfore põdus. ĳ. granorũ ⁊
galie. vi. ʒ. i. qđ totũ diſſoluat' in. ℥. i. ſirupi myrtini. ⁊ i
terꝫ acatia balauſtie galle heufiſtides ſũach myrrha ⁊
tus opiũ ɔficiat' cũ aceto acuto forti ⁊ ſit doſ. ʒ. ſ. ⁊ ite
rũ dragagãtũ magiſterĳ cuppule glãdiũ myrrha tus o
piũ ɔficiant' ⁊ fiãt pilule ⁊ ſumãt' de eis. ʒ. ĳ. ſt' eiȝ bone
ualde. ⁊ iterꝫ bibat' cõcl'arꝫ marinarꝫ q̃ aſportant' a ſan
cto iacobo aduſtarꝫ põdus. ʒ. ĳ. cũ aq̃ ſumach ⁊ cydoni
orꝫ ⁊ dactilorꝫ ⁊ iſtarꝫ cibi anteq̃ indigeãt uiuificatione
uirtutis forti ſt' albulẽ ⁊ karos et almoſos ex carnibus'
hedi et auiũ montanarꝫ et p̃pata in patellis cibaria ex

lentibꝰ aceto ꝯditis q̄ oĩa ſꝫ ſꝫa ⁊ deuitẽt oẽm cibū cali
dū actu: aut potentia ⁊ de ſuppoſitorijs cōibus ſūt ſup
poſitoria facta ex litbargyrio ⁊ draganto ⁊ balauſtijs
⁊ terra ſigiſ. ⁊ boloar. ⁊ ātimonio ⁊ alijs. ¶ Deſcrip
tio medicaminis ad illud. ℞. colcotar ⁊ dragantū ⁊ a
catiā ⁊ cortices turis ⁊ ātimoniuz: ⁊ fiant ex eis troc.
Deinde ſumanť ex eis aur. i. boliarmeni ⁊ gumi arabi
ci ⁊ karabe oium ana aur. i. ⁊ ponanť in duabuſ. ℥. ſuc
ci ſtiptici: aut aque ⁊ cliſterizeť cū eo maſtix ſm ꝙ ſciui
ſti. ¶ Confectio cliſteris ad matricē. ℞. aluminis. ʒ. ſ.
⁊ ſem̄ hyuſquiami albi ⁊ opij amboꝝ ana. ʒ. i. ſextam ⁊
ſupponať. Peſſariū bonū ⁊ proprie ad corroſionem ⁊
ulcera. ℞. teſtas furni ⁊ ſuccū barbe hircine ⁊ acatiam
aggregenť ⁊ fiat peſſariū cū aqua gallarū imaturaruz
⁊ iterū galle imature ⁊ balauſtie ⁊ amilū ⁊ opiū ⁊ alu
mē ⁊ reubābaꝝ ⁊ grana myrti uiridia ſumach ſuccꝰ bar
be hircine grana acreſte charte cōbuſte ſandalū albuz
cortices turis terra ſigillata capita granatoruz folium
ſcoria ferri coriandrū ſiccū ſupponanť de eo. ʒ. iiij. in
lana uiridi ibibita in aqua myrti ⁊ teneat eā tota nocte
Et iterū balauſtie ⁊ ſordes veri ⁊ charte cōbuſte ⁊ a
lumē ⁊ dragantū ⁊ cyminū infuſum in aceto ⁊ bolū ar
menū ⁊ rob alcatb conficiať cū aqua ſalicis ⁊ corian
dri uiridis ⁊ ſupponať nocte tota. ⁊ de tinis conferen
tibus eis eſt ēcatiſma in decoctione calam̄ti ⁊ folioruz
eius ⁊ fructus ipſius ⁊ radicis eius decocti cū myrto
⁊ roſ ſine capitibus ⁊ corticibus granatorū ⁊ xiloca
ractis nabatbi ⁊ balauſtijs ⁊ barba hircina ⁊ gallis vi
ridibus. ⁊ de epitbimatibus ⁊ unctionibus conferenti
bus eis eſt epitbima de alcāna ſuper ſumē ⁊ ungeī par
tes matricis cū oleiſ ſtipticis ſtipticitatis fortis ⁊ reite
remus diſtinctiōm cure fluxus ſan. facti propter tenui
tatē ⁊ aquoſitatē eius. ¶ Dico ergo ꝙ neceſſariuz in
hoc eſt ut fiat ꝙ currat aquoſitas eius ⁊ opereť ſuper
ipſum cū ſudatione ⁊ prouocatione cū eis que ſunt ſič
decoctio aſſari ⁊ apij ⁊ rubee ⁊ que ſūt ſimilia illis cur
rat una uice ⁊ prouoceť alia cū facilitate ⁊ prouocatō
ne ⁊ ſudatione ⁊ friceť corpus eius cū panno aſpero:
⁊ liniatur corpus eius cū aqua mellis ⁊ cum empl̄is
hydropicorū. ⁊ qn̄z confert ei uomitus fortis. ⁊ oz pe
nitus ut declineť cū medicinis eaꝝ ⁊ cibus iſtarū ad il
lud qđ exiccat ⁊ ingroſſat ſan. Si uero eſt cauſa ulcera
tio tunc confert hoc unguentū. ℞. balauſtias ⁊ plūbuz
vſtū ⁊ fiat ex ambobus ⁊ ex cera ceratum cū oleo roſ.
⁊ ſupponatur. quidā aūt faciunt neceſſariū in curatiōe
patientis fluxū ſan. menſtrui ca^{m} vn^{m} ⁊ eſt curatio cō
poſita ex mundificatione ⁊ ſtipticitate ⁊ confortatione
⁊ eſt ut prouocentur menſtrua eius in hora ut non tar
dentur. Deinde agitentur motus eius ⁊ mundificetur
matrix eius ⁊ confortet ut non ſuſcipiat ſuperfluitatez
egredientē a neceſſitate. ¶ Dicunt ergo oz ut dentur
in potu ſauine. ʒ. x. ⁊ ſe. mente. ʒ. i. ſe. fenicu. ʒ. ij. ponan
tur in uaſe ⁊ fundantur deſuper uini puri. ℔. ij. ⁊ deco
quātur donec medientur ⁊ proijciatur deſuper ſarco
colle ⁊ licij amboꝝ ana pondus. ʒ. ij. butyri uaccini ⁊
mellis ana cochliarium. i. ⁊ ſumatur de eo in potu in ie
iuno quātitas. i. cochliarij ⁊ tardet cibū vſq; ad ueſpaz
⁊ faciat illud tribus diebus. ⁊ ego dico ꝙ quāuis hoc
iuuamentū ſit in pluribus horis qn̄z tamen eſt fluxus
ſan. menſtrui ex cauſis alijs facientibus neceſſarium eſ
ſe uti ſtipticis puris ⁊ tu cognoſcis eas.

¶ C. v. de ulceribꝰ matricis ⁊ putrefactiōe eꝰ.

Iam ſignificauimus in eiſ que preterierunt illō
⁊ tu ſcis ꝙ cauſe eorū ſunt cauſe ulcerū ⁊ cauſe ulcerū
ſunt ex cauſis intrinſecis ⁊ ex curſibus acutis ⁊ plagiſ
ulceratis: aut accidentibus deforis propter percuſſiōz
aut caſum: aut propter partū: aut propter alia: aut pro
pter uulnus ex mordicamine ſuppoſito ⁊ inſtrumento
incidente. ⁊ qn̄z ſunt cū putrefactione ⁊ qn̄z ſunt omni
a illa cū ſordibus ⁊ ſorditie: aut cū mundificatōne ⁊ ſi
ne ſorditie. ⁊ qn̄z fiunt in profundo. ⁊ qn̄z fiunt in non
profundo. ⁊ quandoq; fiunt cum corroſione ⁊ abſq;
corroſione ⁊ cum apoſtemate ⁊ abſq; apoſtemate.

¶ C. vi. de ſignis ulcerum matricis.

Significat illud ſan. ⁊ proprie ſi ſigna ſunt ſuper
os matricis ⁊ in eius proximo. ⁊ ſignificat illud
curſus ſaniei ⁊ humiditatū diuerſi coloris ⁊ odoris ⁊
nocum̄tum ex medicinis que mollificant ⁊ iuuamentū
ex eis que ſtipticitatē faciunt. ⁊ ſignū mundificationis
ulcerum matricis eſt ut ſit illud qđ egreditur ad groſſi
tudinē ⁊ albedinē decliue ⁊ planitiem ſine dolore vehe
menti ⁊ fetore ⁊ mordicatione. ⁊ ſignū ꝙ ipſa ſunt ſor
dida ⁊ tabida eſt multitudo humiditatū uirulentarum
⁊ ꝙ currit ex inteſtino. ꝙ ſi fuerit illic putrefactio erit
ſimile aque carnis ⁊ ꝙ illud qđ reſiduat eſt putridum
malū. Et ſi fuerit cū corroſione erit illud qđ egreditur
nigrū cū dolore vehementi ⁊ pulſatione. ⁊ ſignū ꝙ ipſa
ſunt cum apoſtemate eſt adherentia fe. ⁊ horripilatio
⁊ quod dicemus de ſignis apoſtematis ⁊ iuuamento e
ius ⁊ corroſione eius.

¶ Capitulum. vij. de putrefactione matricis.

Hoc iterū eſt ramus capituli ulcerum matricis
⁊ eſt cauſa in ea difficultas partus. ⁊ mors em
bryonis. aut adminiſtratio medicinarū acutarum: aut
curſus calidus ⁊ acutus: aut uulnera putrefacta ⁊ ſiti
proximo ⁊ fit in profundo. ⁊ fit cū ſorditie ⁊ cū priuati
one ſorditiei: ⁊ facta in profundo nō euacuatur ex hu
miditatibus diuerſis egritudinibus ⁊ fortaſſe plurimū
aſſimilať feci.

¶ C. viij. de corroſione matricis.

Iam diximus corroſionis ſignū in eo qđ egredi
tur ⁊ diſpoſitionē doloris in caᵒ fluxus ſangui. ⁊
dr̄a quidem inter corroſionē matricis ⁊ cancruz eſt ꝙ
cū corroſione non eſt grauitas neq; durities ⁊ ſeqtur
eā quies in horis quibuſdā ⁊ proprie poſt exitum eiꝰ
qđ egreditur ⁊ non eſt longitudo plurima ſpatij in cu
ratione conueniente. ſpatium vero cancri eſt aſſidui do
loris ⁊ eſt ibi pulſatio longi ſpatij.

¶ Capitulum nonum de cura.

Oportet ut conſideretur an ulcus ſit ſordiduz
an non ſordidum. Si ergo fuerit ſordidū mun
dificetur in primis cuz aqua mellis ⁊ ſimilibus proie
ctis in eā cū inſtrumento iaciendi: aut cū decoctione
ireos: aut cū unguento mundificatiuo: ⁊ ſi fuerit corro
ſio inice in ipſam unguentum rectificans corroſionem
cū mundificatione ⁊ adminiſtra cibos conuenientes. ⁊
conſidera iterū an ſit cū apoſtemate an non cū apate.
Si ergo fuerit cū apoſtemate curetur prius ⁊ ſedetur
cum curationibus apatis quas dicemus. ¶ Cum er
go mundificatur matrix tunc curetur cū cōſolidatiuis
que ſunt unguenta predicta unuegntum qđ confert in
principio rei qū in vulnere nondū naſcitur caro. ℞. li
thargyrij ⁊ ceruſe ⁊ ſarcocolle partes equales ⁊ fiat
ex eis ceratum cū cera ⁊ oleo roſ. Et ſi fuerit illic ſor
dities ponatur in eo parū floris eris. ¶ Cū ergo ca
ro incipit naſci ⁊ exiſtimatur illud curetur cuz unguen
to huiuſmodi. ℞. tutie ablute partes. ij. climie argenti

ceruſe ⁊ ſarcocolle oium ana partē.i.fiat ex eis ceratū cū oleo roſaceo ⁊ cera.

¶ C.x.de regimine deuirginate.

DE mulieribꝰ eſt cui accidūt qū uiolāť dolores magni ⁊ ꝑpe qū collū matricis eius ē ſtrictum ⁊ pāniculi ſūt debiles ⁊ uirga deuirginātis eſt groſſa. Qū ergo accidūt ei fluxus ſan. ⁊ dolores neče eſt ei ut ſedeat in aquis ſtipticis ⁊ in uino ⁊ oleo: deīde adminiſtrēť ſi eaꝫ ceātaria in lana inuoluta ſup cannā ꝓhibētez a cōſolidatōe ⁊ alleuieť ſup eam cōcubitus:

¶ C.xi.de cura.

ADmiſtrēť medicine mūdificātes: deīd poſt illd unguētū ꝑdictū ad ulcera. ⁊ qñꝫ admiſceť cū eo terra ſigillata ⁊ q̄ ſunt ei ſimilia.

¶ C.xij.de ragadijs matricis.

RAgadie accidunt in matrice: aut propter ſiccitatem ſuperuenietem ei maximā et prope apud partū: aut propter aꝑa et ſūt in principio qum accidunt leues occulti doloris qui eſt ſub dolore ꝓtus et reliquis eius. Deinde apparet et ꝓprie qū tāgitur et quādoqꝫ ingroſſantur ragadie valde. Et quandoqꝫ fiunt ſicut verruce et remanent et conſolidatur locus.

¶ C.xiij.de ſignis earum.

POſſibile eſt ut perueniatur ad atteſtationeꝫ ragadiarum ponēdo ſub muliere ſpeculum coraꝫ vulua eius. deinde aperiatur vulua eius et cōſideretur illud quod imaginatur i ſpeculo. et illud qd ſignificat eas eſt dolor apud coitum et exitus virge ſanguinolente. ¶ C.xiiij.de cura.

Non cūantur ragadie quin: aut ſint itrinſece: aut i collo ſint et que ſecuntur ipſuꝫ. ¶ Intrinſece ergo curantur cū ſuppoſitorijs penetrantibus et diſtillationibus iniectis et aquis ſtipticis permiſtis cum vnguentis rectificātibus ſicut vnguētum factū ex climia et plumbo aduſto. Et vnguentum ragadiarum ani. et ſecūdum curationem earum ſentiet. q. mordicationē. ꝙ ſi indigent maturatione aliqua miſceatur cū eis ſicut unguentū baſilicon cū adipibus. Et ſi fuerit cū ragadijs groſſitudo vehemens quā ſignificat lōgitudo ſpatij ⁊ paruitas receptionis curatiōis adminiſtra unguentū de chartis cū oleo roſ. Si vero nō tolerat illd ponatur cū eo oleum de lilio ⁊ glutē alimbat. ¶ Qū ergo quieſcunt curentur cura ragadiaꝝ prauaꝝ: ⁊ proprie qñ ulcerātur ⁊ quando indigent eis que ſunt ſicut cortices eris optime triti: aut dragantū ⁊ galle: aut aggregatio eoruꝫ. In extrinſecis uero qñꝫ ſufficit laborare cū adminiſtratione tutie ualde trite cū uitellis ouoꝝ aut aggregatione illius ⁊ ſine ceſſatione fiat adherenti a illius ⁊ unguentum de ceruſa iterum.

¶ C.xv.de pruritu matricis ⁊ priapiſmo mulierum.

QUandoqꝫ accidit in matrice pruritus propter humores acutos cholericos: aut ſalſos bauracbios: aut corroſiuos melāncholicos ſꝫm ꝙ apparet de diſpoſitione coloris menſtrue aut bothor gñatas ex eiſ calidas acutas ualde. ¶ Fortaſſe eni ſuperfluunt adeo donec dejciant uirtutem ⁊ qñꝫ accidit illi mulieri ut ñ ſatietur ex coitu. ⁊ aduenit ei priapiſmus mulierum ⁊ quotiens cum ea fit coitus additur malitia eius.

¶ C.xvi.de cura pruritus matricis.

OPortet ut mundificetur corpus cuꝫ phlebotomia ex nigra. ⁊ ſi indiget fiat ſecundatio ex cephalica ⁊ euacuetur humor acutus. ſ. omnis humor cū eo qd euacuat ipm: ſicut cholera cuꝫ pilulis de ſcamonea: ⁊ phlegma cū pilulis ſtomaticis: ⁊ melāncholia cū pilulis de epithymo: ⁊ decoctione eius: ⁊ frāgatur ebullitio ſpermatis cū medicinis infrigidantibus ut infrigidetur: ⁊ cū medicinis adurentibus ipm ſꝫm neceſſitatē ⁊ atteſtatiōm cōplexionis ⁊ delibutione oris matricis facta cū eis que ſt ſicut acatia ⁊ hypoquiſtidos ⁊ roſe ⁊ ſandali ⁊ ſief memthe ⁊ fex ⁊ acetū ⁊ oleuꝫ roſa. ⁊ iterū que ſunt ſicut ſuccus portulace. ⁊ qñꝫ permiſcetur cū medicinis ſemē lini ⁊ fit embroca cū aquis i quibus decoquntur ſtiptica ⁊ empleťur cū fece eorū. ⁊ ſi indiget mundificatione bibat mel cuꝫ aqua frigida ualde ⁊ ad pruritum eſt expertum iſtud ſumantur folia mente ⁊ cortices granatorū ⁊ lentes excorticate decocta cū uino ⁊ ſupponātur. ⁊ iterū ſumantur croci ⁊ canfore amboꝝ ana ſextam.ʒ.i. plumbi aduſti tertiam.ʒ.i. baccaꝝ lauri.ʒ.ſ. terantur ⁊ cribellentur ⁊ liniať locuſ oleo roſ. ⁊ conficiantur cū albumine oui: ⁊ aliquātulo uini ⁊ ſupponantur. ⁊ iterū ſumantur myrobalanoruꝫ ⁊ balauſtiarū amborū ana pondus.ʒ.ij. ⁊ licij ⁊ ſalis amoniaci ⁊ uinum antiqū terantur ⁊ cribellentur ⁊ liniatur locus oleo roſ. ⁊ pulueriʒentur deſuper iſta. ⁊ de ſuffumigijs ē illud qd fit ex litio ⁊ medulla granorū citri. ¶ C.xvij.de fiſtulis matricis.

QUādoqꝫ accidunt in matrice fiſtule que qñqꝫ pertranſeunt carnē ⁊ apparent ab eo quod uicinū eſt ex membris ita ut corrūpant os pectinis ⁊ putrefaciant ipm ⁊ collum matricis ⁊ qñꝫ perueniunt ad abradendū pilos pectinis ⁊ incedūt vſqꝫ ad partes ani ⁊ lacertorū eius etiā quare pars eaꝝ tunc eſt in manifeſto matricis ⁊ ſunt in unoquoqꝫ laterū matricis. Et pars in interiori parte matricis que ex eis eſt in profundo matricis non eſt poſſibile ut curetur ⁊ ſimiliter perueniens ad veſicam. ¶ Relique uero ab iſtis curatiōm habent ⁊ ſi ſit difficilis ⁊ deterior illaꝝ eſt illa q peruenit ad abradendum pilos pectinis ⁊ proprie qū perforat os foramine paruo.

¶ C.xviij.de ſignis eius.

SUnt longitudo putrefactionis ⁊ adherētia doloris ⁊ añceſſio ulcerū que non ſanantur cū curationibus ⁊ prolongatur ſpatium ⁊ currit uirus: deinde dolores ſicut dolores cancri: ⁊ cognoſcitur locus eius cū radio ⁊ ubi peruenitur cū eo ⁊ ſcitur ſtatuſ eius an ſit in carne adhuc: aut pertranſeat uſqꝫ ad os per illud quod ſentit extremitas radij ex lenitate ⁊ mollitie ⁊ aſperitate ⁊ duritie. ¶ C.xix.de cura.

EX curationibus eſt perforatio ⁊ multotiens ꝑducit illud propter neruoſitateꝫ mēbri ad ſpaſmū ⁊ abſciſſiōm uocis ⁊ permiſtiōem rationis ⁊ perforatio iterū non eſt poſſibilis niſi in eo qd uideť cuius carnē mortuā incidere eſt poſſibile uerū eſt melius ut adminiſtrentur deſuper medicine exiccantes ⁊ mundificetur corpus ⁊ confortetur matrix ⁊ medicetur.

¶ C.xx.de debilitate matricis.

CAuſa eius eſt malitia compłonis ⁊ raritas texture ⁊ tolerantia egritudinū diuerſaꝝ. ⁊ accñt ex debilitate matricis paucitas appetitus coitus ⁊ multitudo curſus menſtruorum ⁊ ſpermatis ⁊ aliorum ⁊ priuatio inpregnationis. ¶ C.xxi.de cura.

CUra eius eſt cura malitie compłonis ⁊ ſuccurre ei qd accidit ipſi de nocumentis cognitis.

¶ C.xxij.de doloribus matricis.

FIunt ex malitia compłonis diuerſe ⁊ ex uentoſitatibus extendentibus ⁊ hūitatibus accidētibꝰ

in ea ita ut qñꝫ accidat in ea ſicut accidit inteſtinis de
colica. ⁊ qñꝫ accidit dolor matricis ex apatibus ⁊ can
cris ⁊ ex ulceribus ⁊ cōicant ei ilia ⁊ inguina ⁊ crura
⁊ dorſum ⁊ pectem ⁊ diaphragma ⁊ anus ⁊ caput ⁊
proprie mediū ſyncipitis. ⁊ qñꝫ permutantur dolores
eius ad anchas poſt ſpatiū ⁊ uſqꝫ ad .x. menſes ⁊ con
firmantur in eis ⁊ tu cognoſcis curatiōm omniū horū
ex eis que tibi premiſſa ſunt ⁊ non eſt in iteratōne ſmo
nis ⁊ in eis utilitas. ℭ C. xxiij. de curſu matricis.

Q Uandoqꝫ accidit mulieribus ut currant ex
matricibus earꝫ humiditates plurime putride
⁊ currat ex eis iterū ſperma. ℭ Et plurimū quidē fit
propter multitudinem ſuperfluitatū ⁊ propter debilita
tem digeſtionis in uenis menſtruorū quum putrefit ma
trix ⁊ habet capꝫ ⁊ cognoſcitur ſubſtantia eius ex co
lore mēſtrue ⁊ ſiccitate ⁊ ex colore eius in ſeipſo. Se
cundū uero eſt ſicut curſus ſpermatiſ uiri. ℭ Si ergo
ſine deſiderio tunc cauſa eſt debilitas matricis ⁊ uaſo
rū eius ⁊ mollificatio ipſorū. ⁊ ſi eſt cū deſiderio ⁊ mor
dicatione ⁊ cōmotione tunc cauſa eius eſt tenuitas ſp
matis ⁊ acuitas eius. ⁊ qñꝫ eſt cauſa in eo prurit⁹ ma
tricis quare perducit cōmotio eius ad hoc ut deſcen
dat ſperma ⁊ habentis quidem curſuꝫ difficilis fit an
helitus ⁊ cadit appetitus cibi ⁊ deſtruitur color eius:
⁊ aduenit ei apoſtema ⁊ inflatio in oculo ſine dolore
ſm plm ⁊ qñꝫ eſt cū dolore. ℭ C. xxiiij. de cura.

C Urſus quidē ſpermatis earꝫ curatur cū ſimili
bus quibus curatur illud in uiris. in curſibus
uero alijs oꝫ ut incipiatur a mundificatione corporis
cū phlebotomia ⁊ ſolutione uentris ſi indigetur ambo
bus: deinde cliſterizetur matrix in primis cū mundifica
tiuis ⁊ exiccatiuis ſicut eſt decoctio ireos ⁊ decoctio
praſſij ⁊ fricētur crura cū oleis ſubtiliatiuis cū medici
nis calidis ſicut eſt oleum de ſquinanto ⁊ piretro ⁊ pi
pere: deinde conſequenter poſt illud adhibeātur cliſte
ria cum ſtipticis cliſterizatis ⁊ ebibitis ⁊ cliſterizata ma
gis operantur poſt euacuatiōm ⁊ ſunt aque in quibus
decoquntur ſicut galle ⁊ balauſtie ⁊ cortices granatorꝫ
⁊ ſquinantum ⁊ myrtus.

ℭ C. xxv. de retentione menſtruorꝫ ⁊ paucitate eorū.

M Enſtrua retinentur: aut propter cām propriaꝫ
in matrice: aut propter cām cōem. Et illa qui
dem cauſa propria in matrice: aut eſt propter cauſā in
natā: aut propter cām accidentem alio modo. Ampl'
menſtrua retinentur: aut propter cām in uirtute: aut p
pter cām in materia: aut propter cām in inſtrumento ⁊
proprie ſolo. ⁊ cauſa in uirtute eſt ſicut debilitaſ propt
malitiā complonis frigide aut ſicce aut calide. ⁊ frigida
aut eſt cū materia aut ſine materia. ℭ Cauſa autēꝫ in
materia aut eſt quātitas aut qualitas: aut aggregatō ā
barū. ⁊ illa que eſt ex quantitate eſt paucitas ⁊ illud ē:
aut propter priuatiōm ciborū ⁊ paucitatē ipſorū: aut
propter vehementiā uirtutis cōprehendentis cibos. ⁊
ſi multiplicetur non mundificat ſuperfluitatē menſtru
orū: ⁊ huiuſmodi quidē mulierū nature uirorū ſimiles
exiſtunt naturis ⁊ ſunt potentes ſuper digeſtiōꝫ ultimā
⁊ diſtributiōm neceſſariā ⁊ expulſiōm ſuperfluitatum
ſm modū quo expellūt eas uiri ⁊ iſte ſunt pingues ner
uoſe lacertoſe de quibus ſunt fortes uiragines quarū
anche ipſarū pectoribus ſunt ſtrictiores ⁊ ipſarꝫ extre
mitates ſunt pingues plus ⁊ ſunt multarꝫ euacuationū
cū medicinis ⁊ exercitijs ⁊ proprie ſan. fluētis per na
res: aut hemorroidas: aut plagas: aut alia. Facta vero
propter qualitatē materiei eſt qm̄ ſan. ē groſſus propt
frigiditatē aut propter multitudinē eius quod admiſcet
ei ex humoribus groſſis: aut propter multitudinē tran
quillitatis ⁊ que currunt cu. ſu illorum de illis que ſci
uiſti. ⁊ cauſa que eſt ex parte inſtri eſt opilatio. ⁊ illa:
aut eſt propter calorem exiccantē conſtringentē: aut p
pter frigus exiccans ⁊ multotiens facit ipſam poſſidē
multitudo potus aque ⁊ perducit ad putrefactiōꝫ: aut
propter ſiccitatē cū inſpiſſatione ſua ⁊ propter multitu
dinem adipis etiā: aut humorū groſſorū uiſcoſorū: aut
propter apata: ⁊ propter clauſurā ⁊ additiōm carnis:
aut pp ulcera accidentia in matrice q̄ conſolidata ſūt ⁊
corruperunt ſua conſolidatione orificia uenarū appa
rentium: aut propter tortuoſitatē in eā ſuperfluam ⁊ ꝯ
uerſionē: aut propter breuitatē colli matricis: aut pro
pter percuſſiōm: aut caſum claudentē orificia uenarū:
aut ſucceſſione abortus. ℭ Fcā autem propter reten
tionem menſtruorū cauſa cōitatis aliorū membrorum
eſt ſicut facta cauſa debilitatis epis: quare nō emanat
ſan. neqꝫ diſcernit ipm: aut propter oppilationeꝫ in eo
⁊ in corpore toto: aut propter pinguedinē facientē ac
cidere oppilatiōm conſtringentē uias conſtrictione fa
cta a cōpreſſione ⁊ extenuatio conſtringit eas cōſtricti
one facta ab exiccatione: aut propter paucitatem ſan.
⁊ ſan. effluit ſuper matricē cū exitu ⁊ qum non inuenit
meatum redit. ℭ Qum ergo iteratur illud dilatatur i
corpore ⁊ facit incurrere egritudines.

ℭ C. xxvi. de accidentibus illius et d̄ ꝓfocatōe m̄ricis

Q Uandoqꝫ accidūt ei cuius menſtrua retinentur
egritudines de quibus ē ꝓfocatio matricis pp
collectionem ſuā et declinationeꝫ ad parteꝫ late
ris et accidūt ei iterū apata matricis calida et dura et
apata viſcerū et egritudines in ſtō ex debilitate digōis
⁊ caſu appetitus ⁊ corruptione eiuſ ⁊ nauſea ⁊ ſitis ve
hemēs ⁊ mordicatio in ſtō ⁊ accidunt ex ea egritudies
capitis ⁊ neruorū ſicut epilepſia ⁊ palyſis ⁊ egritudieſ
pectoris ſicut tuſſiſ ⁊ malitia anhelitus. ⁊ plurime ex e
gritudinibus epiſ ſicut hydropiſis ⁊ alie ⁊ alteratur ex
ea forma. ⁊ accidunt ei iterū difficultates urine ⁊ eius
cōpreſſio ⁊ dolores alchatin ⁊ colli ⁊ grauatur corpuſ
⁊ extenuat' ⁊ ꝯtriſtat' ⁊ aduēiūt ei horripilatiōes ⁊ feb
durentes. Et qñꝫ fit difficilis ſermo propt' exiccatiōm
lacertorum ⁊ lingue ex uapore calido. ⁊ fortaſſe eſt il
la grauitas cauſa doloris capitis ⁊ accidunt ei inquie
tudo ⁊ triſtitia propter uaporem. ⁊ qñqꝫ apoſtemat' to
tum corpus eius ⁊ uenter eius propter attractiōm ui
rulentie ſan. ad ipm. ⁊ qñꝫ accidit ei in complone ſua
qum retinentur menſtrua qñ eſt fortis creationis cui⁹
uirtus eſt potens ad exercendū ſuperfluitatem retentā
ut aſſimiletur uiris ⁊ multiplicētur pili eius: aut naſca
tur ei qi barba quare frangitur forma eius ⁊ ingroſſa
tur: deinde moritur. ⁊ qñꝫ peruenit ante morteꝫ ad diſ
poſitionē cū qua non eſt poſſibile ut prouocentur mē
ſtrua eiuſ. ⁊ plures iſtarꝫ ſunt de illis que pariunt pluri
mū. ℭ Qū ergo non coit cū eis aliquis ⁊ recedūt ab
eis ſui cōpares retinentur menſtrua earū ⁊ remouent'
ab eis. O quā neceſſaria facit euacuatio ſan. ⁊ accepti
o conceptionis ⁊ acceptio coitus ⁊ accidit eiſ ut fiat v
rina eius nigra in qua eſt ſedimē uirulentum ſicut aq
carnis. ⁊ quandoqꝫ mingit ſanguinem.

ℭ C. xxvij. de ſignis.

I Llius que pendet ex frigore ſignū eſt grauitas
ſomni ⁊ profundatio in ipſo ⁊ albedo coloris

corporiſ ꝛ uiriditas uenaꝝ ꝛ raritas pulſus ꝛ frigus ſu
doris ꝛ multitudo urine ꝛ phlegmaticitas egeſtionis.
ꝛ illā que pēdet ex caliditate ſignificant inflatio ꝛ exic
catio matricis ꝛ reliqua ſigna caliditatis ſcita in eis q̄
preterita ſunt. ꝛ illā que pendet ex ſiccitate ſignificāt ſi
gna ſiccitatis in ea ſcita in illis que preterierunt ꝛ veri
ficant eā extenuatio corporis ꝛ uacuitas uenaꝝ. Apa
uero ꝛ clauſura ꝛ alia ſunt notorum ſignorum de illis
que tu iam ſciuiſti vſq; ad hunc locum.

¶ C.xxviij. de curationibus.

Curatio quidē pendens a calefactione ꝛ infrigi
datione ꝛ generatione ſan. ꝛ humectatōne cor
poris ꝛ curationes apatū ꝛ cura clauſure ꝛ ſimiliuȝ ſt
nota ex radicibus iteratis. Et facta quidē a clauſura
que non curatur ꝛ ab oppilatione orificiorū uenaꝝ ab ī
carnatione ulcerū ꝛ alijs eſt quaſi ſimilis ꝛ eius cura ē
extractio ſan. ut non multiplicetur ꝛ mundificatio cor
poris ꝛ uſus exercitiorū. ꝛ nō oȝ niſi ut afferamus nūc
rememoratiōm curationum prouocantium menſtrua:
ꝛ ſunt ille que mouent ſan. ad matricē ꝛ faciunt ipſum
penetrantē in poris ꝛ faciunt poros aptos. ¶ Et has
quidē medicinas iā diximus qū de ſingularibꝰ tracta
remus in tabulis eaꝝ ꝛ dicemus iterum in antidotario
¶ Hic uero uolumus dicere de regimine ꝛ medicati
one illud qđ eſt magis conueniens huic loco ꝛ regim̄
in hoc eſt mouere ſan. cū fortitudine ad menſtrua ꝛ de
illis que faciunt illud eſt phlegma ex ſaphena ꝛ uena
que eſt poſt cauillā ꝛ phlomia uene geniculi ꝛ curua
tura eius ē fortior illa. ꝛ uentoſatio ſuper crus ꝛ calca
neū ꝛ proprie pinguis eſt magis conueniens. ꝛ qn̄ȝ eſt
neceſſariū ut fiat phlomia ſuper ſaphenā pedis alterꝰ
ꝛ aſſiduatio ſtringendi cū uittis membra inferiora ꝛ li
gandi ea ꝛ dimittendi ea taliter aliquibus diebus: deī
de adminiſtrentur medicine ut aperiantur pori ꝛ curāt
humiditates uiſcoſe. ꝛ ſimiliter ſi cauſa fuerit humidi
tas: dinde adminiſtrentur medicine proprie ad prouo
candū que ſunt ſubtiliantes ſan. aperientes oppilatiōȝ
ꝛ de illis ſunt que bibuntur ſicut calamentū ꝛ decoctō
eius cū aqua mellis ꝛ puluerizatio ipſius ſuper aquaȝ
mellis: ꝛ ſauina eſt fortior ea ꝛ pullegiū eſt forte ualde
ꝛ cinamomū ꝛ hiera picra ꝛ ſapinū ꝛ oppoponacuȝ ꝛ
fructꝰ eꝰ ꝛ caſtoreū ꝛ cordūeni ꝛ decoctio enule ꝛ deco
tō aluſnē ꝛ decoctio faſeoloꝝ rubeoꝝ ꝛ almāoch ꝛ ala
ſtirgar ꝛ ſem̄ ſanſuci. ꝛ de illiſ ſuppoſitoria ſunt ſicut al
bus helleborus ꝛ pulpa colloquintide ꝛ ſtorax ꝛ cen
taurea ꝛ gūma oliue cāpeſtris ꝛ oppoponacū ꝛ fructꝰ
eius ꝛ caſtoreū ꝛ aſſa ꝛ ſerapinū ꝛ cordumeni ꝛ succꝰ
apſinthij. ꝛ qn̄ȝ ſupponitur euforbiū ſuper cotuȝ ꝛ ex
pectatur ſuper ipm̄ hora parua abſq; ſuperfluitate. ¶
Suppoſitorium bonū. ℞. myrrhe calamenti amborū
an̄. ʒ. iiij. ſauine. ʒ. viij. rute ſicce. ʒ. x. paſſularū mundata
rū. ʒ. xx. cōficiātur cū felle uaccino. ꝛ fiant de eis peſſa
ria. ꝛ iterū ſumantur caſtoreū ꝛ myrrha ꝛ muſchus ꝛ
fiant ſimilitudines glandium cū oleo de ben ꝛ ſupponā
tur. ꝛ oleū alacuben prouocatiuum eſt menſtruorū qū
ſupponitur ꝛ ſuccus papaueris ruffi ꝛ alneſin ſm̄ par
tes equales ꝛ iterū galbanuȝ ponatur in lana infuſa in
ſambacino ꝛ ſupponatur intra matricem. ꝛ de eis ſunt
empl'a ꝛ uaporationes ꝛ uaporatio cuȝ ſpeciebus pro
uocat menſtrua ꝛ de eis ſunt ſuffumigationes ſicut cū
colloquintida ſola. Ipſa enim prouocat in diſpoſitiōe
ꝛ ſimiliter oppoponacū ꝛ aſſa ꝛ ſerapinuȝ ꝛ cordume
ni. Et de eis ſunt tine etiam ex aquis in quibus deco
cta ſunt ſubtiliatiua prouocantia menſtrua ſicut calam̄
tum ꝛ ruta ꝛ pullegium ꝛ ſimilia.

¶ Tractatus. iiij. ¶ Caᵐ. i. de nocumentis ſitus ma
tricis ꝛ apoſtematibus eius ꝛ que ſimilia ſunt illis.

Clauſa eſt qum ſuper os matricis eius egre
ditur aliquid qđ prohibet coitum ex re ad
dita lacertoſa: aut pāniculāi forti: aut ē illic
īcarnatō ab vlcerē aut cīatōe: aut illđ qđ ē inť os vulue
aut os matricis ē ſȝ unū ꝛ eundē hoꝝ modoꝝ: aut ē ſu
per os matricis eius qđ prohibet impregnatiōm ꝛ exi
tum menſtruorū ex pāniculo: aut incarnatione ulceris
aut qđ eſt eis ſimile: aut meatus non ē inuentus in cre
atione ita ut accidat uirgini qū incipit menſtruari ut n̄
inueniant menſtrua meatum propter aliquā harū cau
ſarum: quare accidant ei dolores vehementes ꝛ egri
tudo maxima. ¶ Si ergo non ingenietur ei redit ſan.
ꝛ denigratur mulier ꝛ prefocatur ꝛ moritur ꝛ qn̄q; ac
cidit ut clauſa retineat per accidens conceptionem:
quare moritur ipſa ꝛ fetus eius proculdubio ſi non re
gitur. ꝛ hoc quidē non eſt poſſibile niſi aliquo mōrum
aut ut ſit illud qđ apponitur ori matricis de clauſura
rare texture: aut ſit habens foramina plura ita ꝙ poſſi
bile ſit matrici attrahere de ſpermate aliquid licet eni
paꝝ ſi tamen ex illo paruo fit conceptio ſi pars eius ē
ṽitas qđ uiſū ē pho ꝛ ps eꝰ qđ uiſū ē. G. medico. Illđ
nāq; qđ necīū eſt in creādo mēbra eſt ſpma feie ſȝ ſer
monē philoſophi ꝛ eſt illđ qđ in eo ꝓuocať ad matricē
itra matricē ſȝ ſmonē. G. ꝛ ē ſpma uiri ut ſumat ex eo
uirtutem odoris ſm̄ ſententiam philoſophi uidit enim
ꝙ qū ouum galline crudū rore aſperſum eſt ꝛ procedit
ex eo odor ſpermatis uiri conuertitur ouum in conce
ptione.

¶ C. ij. de cura clauſure.

Curatio clauſure eſt cū ferro non cum alio. Si
ergo hec clauſura apparēs eſt tunc modus eſt
ut diſrumpantur labia uulue a clauſura ita ut ponatur
ſuper unūquodq; labiū pila ꝛ inuoluantur polices pā
no ꝛ tendantur labia donec diſrumpantur ab eo qđ eſt
inter ea.: aut iuueris phlomo obtuſo ꝛ finde ſiphac ꝛ
incide carnē additā ſi eſt ſub ſiphac paulatim ita ut nō
remaneat de addita aliquid nȝ ſumas de radicali ali
quid ꝛ illud fiat cū calib. ¶ Et dīa quid inter ſiphac
ꝛ carnē eſt ꝙ ſippac non ſanguinat ſed caro ſanguinat
Deinde pone inter ambo labia lanam infuſam in oleo
ꝛ uino ꝛ dimittatur tribus diebus ꝛ adminiſtra ſuper
eā aquam mellis ſi ea indiges ꝛ adminiſtra deſuper vn
guenta nutrita cū cautella a conſolidatione ꝛ glutina
tione ꝛ conſtrictione ꝛ proprie ſi illud qđ inciſſum eſt:
eſt caro. ¶ Siphac uero parū ſuſcipit conſolidatiōm
poſt ſciſſurā. ꝙ ſi clauſura fuerit profunda tunc moduſ
eſt ut perueniat ad ipſam uncinus. ꝛ ſi eſt ſiphac finda
tur ſciſſione una non cū illa equalitate. Nā fortaſſe co
operit ueſicā ꝛ alia: imo oporȝ ut caueantur alia ſicut
veſica ꝛ incidatur ſi eſt caro paulatim ꝛ adhereat inci
ſioni lana infuſa in uino pontico ſtiptico: deinde poſt il
lud ſedeat in aquis in quibus decocte ſūt medicie mol
lificatiue. Poſtea curetur cū unguentis rectificantibꝰ
vlcera linitis ꝛ iniectis: deinde cū conſolidatiuis. ꝛ qū
apparet ſanitas oȝ ut aſſiduetur ſuper eā coitus ꝛ opȝ
ut caueantur apud hanc ſciſſionem ꝛ inciſiōm due res
ſ. abbreuiatio in incidendo ꝛ in findendo q̄titatem ad
ditā. Illud enim ſi eſt cōpoſitum eſt faciens poſſibilita
tem conceptionis apud coitum qui accidit cū ea ꝛ dif
ficilem faciens partum preparans fetum ꝛ pregantem

mori.⁊ caueatur iterum ne pertranseat quātitatez ad
ditā ⁊ capiat de substantia matricis aliquid quare ap̄i
tur matrix ⁊ doleat ⁊ incurrat cuzez ⁊ spasmū ⁊ egritu
dines perniciosas. Qū ergo feceris hoc oportebit ut
abstineas eā a frigore ⁊ non appropinques medicinaz
frigidā actu omnino: imo oportet ut sint omnes distil
lationes ⁊ iiectiōes ⁊ sappositoria expoliata frigore.

¶ C.iij. de mō in administrando hanc scissionem.

[P] Repetur mulieri sedes corā lumine super quā
sedeat cū pauco sustentaculo ad posteriora.
Qū ergo equātur crura sua adherere faciat coxis suis
⁊ adiungat illud uentri suo ⁊ liget manus suas sub cur
uatura poplitum suorū ⁊ ligetur s̄m hanc formā fortir̄
deinde medicus administret scissiōm siphac ⁊ incisiōm
carnis. ⁊ qñz indiget medicus ut administret speculuz
⁊ proprie in eo qđ est inter matricem. Qū ergo exten
ditur siphac cū radijs ⁊ uncinis extensione cū qua nō
cōprimuntur matrix ⁊ collum uesice ⁊ siphac eius cō
pressione nocente his membris in primis cuz manu ⁊
s̄o cū eo cuius non excusatur processio cū utrisqꝫ mãi
bus aduenit ei de acumine ferri. ¶ Et speculum quiđ
facit te uidere illud quđ arte efficias inde ⁊ facit te co
gnoscere illđ qđ associatur siphac subtili. ⁊ de mēbris
que preterierūt hoc membꝛ. s. ex uesica ⁊ alijs. ꝙ si su
perfluit dimitte illud qđ extendisti ut redeat quđ vehe
mentius est in eo qđ necessarium est: deinde subleua si
phac clausure cū subtilitate: deinde scinde ip̄z s̄m obli
quitatem ut non cos̄qūur vesicā: deinde considera in
principio qum̄ scindis. ⁊ si egreditur san. paucus tunc
penetra in operatione tua sine timoꝛ. Et si multiplica
tur cursus san. tunc finde paulatim ut nō accidant sin
copis ⁊ paruitas anhelitus. ⁊ qñz tibi est necessarium
ut dimittas instr̄m incidens qđ nominatur alcalib in e
a usqꝫ in mane inuolutum in lana ligata in pãno ⁊ quz
fuerit mane consideretuꝛ in uirtute eius. ⁊ si fuerit for
tis curetur integra curatione. ⁊ si nō dimittatur usz ad
diem tertium ⁊ remoueatur tunc instr̄z ⁊ considera dis
positiōm scissuꝛe cum digitis ponendo sub loco eiꝰ ut
significetur tibi summa quā necesse, est te incidere post
⁊ qū soluituꝛ mulier ab eo qđ curatur oz tunc ut sede
at in aqua in qua decocta sunt lenitiua qū est calida ⁊
ꝓprie quz appareat aq̄a ⁊ melius quidē est ut admini
strentur super eam unguenta in calib probibentia con
solidatiōm. ⁊ melius est illud qđ est concauum habēs
foramen ut egrediātur in eo superfluitates ⁊ uentosita
tes. ⁊ quando incisio accipit carnem naturalem tunc
fortasse accidit cursus urine qui non curatur.

¶ C.iiij. de suspensione matricis.

[Q] Uādoqꝫ accidit illud propter clausuraz. ⁊ quā
doqꝫ accidit propteꝛ apostēata calida ⁊ dura
⁊ cura eorum est cura eius.

¶ C.v. de augm̄to matricis ⁊ exitu eꝰ ⁊ ꝯuersione eꝰ.

[M] Atrix augmentatur: aut exit cā primitiua. s.
ex casu: aut cursu vehementi: aut uociferatiōe
qua ipsa uociferata est: aut sternutatione maxima: aut
strepitu: aut uociferatione quā ipsa audiuit quare terr̄
facta est: aut percussione mollificāte ligamenta matri
cis: aut propter cām partus difficilis: aut partus gra
uatiui. aut labore obstetricis in extrahendo fetum ⁊ se
cundinā: aut exitus fetus subito: aut propter humidita
tes mollificātes: humiditates: aut propter putrefactio
nes accidentes ligamentis. ⁊ qñz egreditur tota. ⁊ qñ
qꝫ conuertitur. ⁊ qñz eradicatur radix eius.

¶ C.vi. de accidentibus illius ⁊ signis.

[A] Ccidit mulieri inde dolor in pectine magnus
⁊ in chatin ⁊ dorso ⁊ qñz sunt cū hoc fe. ⁊ acci
dunt ei multotiēs expressio ⁊ difficultas propterea qꝛ
matrix cōprimit meatus fecis ⁊ urine ⁊ accidunt spas
mus ⁊ tremor ⁊ timor sine cā ⁊ sentit rem rotundam i
pectine ⁊ sentit apđ vuluā rem descendentem leuis ta
ctus ⁊ proprie qū completur conuersio. ¶ Egredit
enim qđ intrinsecum eius est manifestum qum non sen
tit foramen eius rotundum scituꝛ ꝙ radix eius iā con
uertitur ⁊ egreditur: si autem inuenis foramen ⁊ iam
exiuit sicut est non conuersa tunc non cadit nisi clausu
ra scias ergo illud.

¶ C.vij. de cura.

[N] On speratuꝛ curatio nisi eius que recens est in
adolescentia ⁊ incipe in primis a solutione na
ture cū clisteribus ⁊ prouoca vrinā in diureticis. ⁊ qū
expletum fuerit illud resupinetuꝛ mulier ⁊ aperiatur
qđ est inteꝛ crura sua ⁊ assūme lanā ex uelleribus leni
bus ⁊ fac eā adherere matrici deinde accipe lanā aliā
⁊ infunde eā succo acatie: aut uino in quo dissolutū sit
aliquid stipticū ⁊ pone supeꝛ os matricis ⁊ reduc cum
facilitate ad anteriora ita ut redeat lana tota ad anteri
ora: deinde accipe lanam aliam ⁊ infunde eā aceto ⁊ a
qua ⁊ pone eā supeꝛ vuluā ⁊ precipe mulieri ut iaceat
super latus suum ⁊ adunet crura sua ⁊ seruet lanam v
bi est preparata in ea ne cadat ⁊ pone ventosam super
radicem suminis eius ⁊ super dorsum ipsius ⁊ fac eaz
odorare odores bonos valde vt ascendat matrix causa
eaꝝ ad superiora. ⁊ caue ne approximare ei facias ali
quid fetidum: quaꝛe fugiat matrix ad inferiora. Qñqꝫ
dies tertia affuerit permuta lanam eius ⁊ pone eaz la
nam infusam in uino in quo decocta sunt myrtus ⁊ ro
sa ⁊ acatia ⁊ cortices granatorum ⁊ alia ab istis tepi
do: ⁊ embꝛoca ex illo super sumē eius ⁊ ipsius pectinē
⁊ administꝛa super eam linimenta facta ex sauich ⁊ scā
ex herba que nascitur super lapides qum sunt in aqua
⁊ facit lubꝛicare pedez. ⁊ facta ex lentibus cū stipticis.
¶ Hoc enim regimen qñz sanat eam. ⁊ fac eam sedē
post illud in decoctione squinanti ⁊ myrti ⁊ rosaꝝ. ⁊ o
poꝛtet ut facias eam abstinere a salsis ⁊ sternutatiōem
mouentibus ⁊ tussim ⁊ fac eā manere trāquillā ⁊ q̄etā

¶ C.viij. de declinatione matricis ⁊ sepatione eius.

[M] Atrici accidit qñz ut declinet ad vnam duaꝝ
partium matricis ⁊ remoueat os matricis ab
oppositione per quā inicitur ad ipsam sperma. ⁊ qñqꝫ
est causa in eo durities unius duaꝝ partium aut inspis
satio ⁊ constrictio quare diuersificantur duo latera in
humiditate ⁊ mollificatione ⁊ siccitate ⁊ spasmo. ⁊ qñ
qꝫ est causa in eo replō in una venaꝝ duaꝝ partium ꝓ
prie. ⁊ qñz est causa in eo humores crossi uiscosi in una
duaꝝ partium facientes illam: attꝛahitur enim secundi
na ad ipsam. ⁊ multotiens accidit ex eo prefocatio ma
tricis. ⁊ obstetrices quidem cognoscunt partem decli
nationis per tactum cuz digitis ⁊ cognoscunt an sit a
duritie aut a ꝛeplōne cū facilitate ⁊ tensione venaruz ⁊
duritiem earum ⁊ necessitatem eius ad euacuandum.

¶ C. nonum de cura.

[O] Portz ergo ut phlebotometuꝛ saphena partis
cui opposita est pars declinationis si sentitur ꝛ̄
pletio ⁊ si dicit obstetꝛix ꝙ uene in illa parte sunt tense
⁊ replete ⁊ illic est grossitudo ⁊ si illic est constrictio ⁊
coadunatio ⁊ non est illic grossitudo administra leniti
ua ex clisteribus ⁊ suppositorijs ⁊ unctionibus. Et

adminiſtra balneum ⁊ fac ut cibus bonus fiat. ⁊ ſi fue
rint illic humiditates euacua eas ⁊ da ei in potu oleũ
de kerua ⁊ adminiſtra etiã in ſuppoſitorijs. ⁊ ſimiliter i
unge matricem eius ⁊ inice in matricem eius oleũ bal
ſami ⁊ alrazaki ⁊ ſimilia ⁊ tunc fortaſſe poſſibile erit ob
ſtetrici ut intromittat digitos inunctos cũ cerato aut
adipe galline: aut anatis: aut equet matricem ⁊ tendat
ad declinationem donec faciat cadere oppoſitũ os ma
tricis vulue. ℭ C. x. de apoſte calido in matrice.
Accidunt matrici quãdoq; apoſtemata calida ⁊
cã in eis ẽ: aut primitiua ſicut percuſſio: aut ca
ſus: aut multitudo coitus: aut abortus: aut diſruptio
ex obſtetrice quã recipit fetum. ⁊ quãdoq; eſt cã in eis
retentio menſtruorũ ⁊ replẽo ⁊ multitudo humiditatis
aut inflatio inſpiſſata que non reſoluitur. ⁊ qñq; fiunt ꝓ
pter eleuatiõm ſpermatis ⁊ qñq; fiunt in ore matricis ⁊
quãdoq; in concauitate eius in quibuſdã partibus du
orum laterum ⁊ ante ⁊ retro. ⁊ qđ de eis eſt deterius ẽ
illud qđ eſt cõe pluribus partibuſ. ⁊ quãdoq; fit dubel
lati. ⁊ qñq; conuertitur ad indurationem: aut cãcrum.
ℭ C. xi. de ſignis.
Quãdoq; ſignificãt ipſum cõicantia. ſtomachus
enim cõicat ei quare dolet ⁊ accidunt in eo tri
ſtitia ⁊ anguſtia ⁊ nauſea ⁊ ſingultuſ ⁊ corrumpitur di
geſtio ⁊ appetitus ⁊ debilitatur. ⁊ cerebrum cõicat ei
quare accidunt dolor capitis in ſynciput ⁊ dolor i col
lo ⁊ radice oculoꝝ ⁊ ꝓfunditate ipſoꝝ cũ grauitate ⁊
procedit dolor donec conſequatur extremitateſ ⁊ digi
tos ⁊ duo focilia ⁊ utrunq; crus ⁊ iuncturas cũ molli
ficatione in eis ⁊ dolent due partes dorſi ⁊ duo ingui
na ⁊ pecten ⁊ inflãtur. ℭ Et mirach iterum inflatur
⁊ ſentit in toto corpore grauitatem. ⁊ accidit expreſſio
⁊ difficultas ita ut non ſit uentoſitati meatus ad exeũ
dum. ⁊ illud fit propter coarctatiõẽ apoſtematis ⁊ ubi
coarctat de meatibus plus illic fit ſenſibilitas vehemẽ
tior. ⁊ quãdoq; eſt expreſſio ſine difficultate ⁊ difficul
tas ſine expreſſiõe ⁊ accidit in eo ut debilitetur pulſus
⁊ minoretur ⁊ frequens fiat. ꝙ ſi apoſtema fuerit calm
erunt omnia accidentia iſta vehementia cũ febre inflã
mata ⁊ cũ horripilationibus ⁊ cũ nigredine lingue ⁊
dolor fiet fortis ⁊ pulſatio ⁊ multiplicabitur ſudor in
extremitatibus. ⁊ quãdoq; perducit ad abſciſſionẽ vo
cis ⁊ ſpaſmũ ⁊ ſincopim ⁊ ſignificat partem apoſtema
tis loc⁹ pulſationis ⁊ cõicatio iterum. Lan ſit dolor in
ſumine: aut ad dorſum decliue: aut ad utraſq; pyrides
⁊ quđ eſt propinquum ori matricis eſt uehementius ⁊
durius eo qđ eſt in concauitate: quoniã os matricis ẽ
neruoſum ⁊ eſt tangibile. ⁊ illius qđ eſt in concauitate
tactus eſt difficilis. ⁊ in quacunq; parte fit apoſtema
declinat matrix ad contrarium illius ⁊ fit difficiſ ſom
nus ſuper contrarium eius ⁊ fit difficilis motus local
⁊ eleuatio ⁊ ſeſſio ⁊ inceſſio ⁊ conſequitur egrã ut clau
dicet apud deãbulationem. ⁊ ſignũ ꝙ conuertitur ad
dubellati eſt ut ſit dolor additus valde ⁊ accidentia fi
unt fortiora ⁊ diuerſificãtur fe. ⁊ permiſcentur ⁊ inue
nit trãquillitatem qum eſt fluxus uentris ⁊ egreſſio vri
ne. ⁊ ſignum collectionis complete eſt ꝙ ſedatur fe. ⁊
pulſatio ⁊ mouetur rigor. ⁊ apoſtema quidẽ matricis
⁊ eius dubellati quãdo ſunt in ore matricis poſe eſt ut
ſanentur. ⁊ ſi non ſunt profunda non eſt poſſibile ut ſa
nentur. ℭ C. xij. de cura apoſtematum calidorũ.
Neceſſaria eſt in eis euacuatio ſan. quã adiuuãt
ſignificatiões famoſe. ⁊ phlẽomia lꝫ cõferat ad

illud eſt tamen in ipſa ꝙ retinet menſtrua ⁊ trahit ſan.
ad ſuperiora. ⁊ phlebotomia quidem ſaphene eſt vehe
mentioris cõitatis et magis attrahens ſan. ꝙ̃ illa. Et
melius quidem ẽ ut prouocentur menſtrua ⁊ magis iu
uatiuum ⁊ proprie ei in quo cã eſt retentio menſtruoꝝ.
Et rectius quidem in principo eſt ut phlebotometur
baſilica quare prohibebit effuſionem materie. Deide
conſequenter adhibeatur phlebotomia ſaphene ut at
trahatur ſan. ad locum ⁊ ſuccurratur ei qđ fecit incur
rere phlebotomia ex nocumento baſilice cõicante ei.
⁊ oꝫ ut fiat phlebotomia pedibus eius ad ſuperiora le
uatis ⁊ ipſa ſit iacens ⁊ perueniat ad ſummũ in extra
hendo ſan. ⁊ oportet ut prohibeatur cibus ⁊ minoreẗ
in diebus primis vſq; ad dies tres ⁊ prohibeatur aq̃
penitus ⁊ proprie in die primo ⁊ habitet in domo bõi
odoris ⁊ precipiatur ut uigilet quãtum poteſt. Et uo
mitus vehementis iuuamenti eſt ad illud ⁊ quãdoq; ẽ
tibi neceſſarium ut adminiſtres ſolutionẽ faciens edu
cens humores. ⁊ oportet ut ſint in medicinis eius qđ
ſedet nauſeã ⁊ minoretur cibus qum neceſſitas eſt ⁊ ſe
deat in principio in aqua dulci cõmiſta cum oleo roſ.
bono. ⁊ embrocetur cum ſtipticis ex aquis: deinde nõ
fiat aſſiduatio ſuper eã cum ſtipticis ut non induretur
apoſtema. ⁊ de eis quorum adminiſtratio eſt conueni
ens in hac hora eſt papauer diſſolutum cũ decoctione
de quo fiat empl̃m cum oleo õphacino: aut oleo roſ.
aut oleo de pomis: deinde feſtina cum lenitiuis quare
fac embrocã ex uino cũ oleo roſ. tepidis ⁊ ſuppone la
nã infuſã aquis in quibus decocta ſunt ea que ſunt ſicẽ
malua ⁊ ſemen lini ⁊ albaſec ⁊ albarmel plurimũ cum
medicinis ſtipticis ſicut eſt arnogloſſa ⁊ blitis. Et ſimi
liter unguentum factum ex ouis ⁊ meliloto decocto in
decoctione diſſoluto. ⁊ quãdoq; ponitur in eo oleũ đ
croco ⁊ oleum nardinum: deinde fiat permutatio ad
maturationem. Et ex eis que maturãt ipſum ſunt da
ctili diſſoluti in coctione decocti cũ ſauich ⁊ oleo roſ
⁊ oleo de alcãna ⁊ proprie in ſtatu ſuo. ⁊ empl̃a ex iſo
po ⁊ adipe anſeris ⁊ adipe vacce ⁊ medulla cerui ⁊ ſi
milibus. ⁊ quãdo declinat egritudo curatio eius ẽ tũc
cum reſolutiuis puris ⁊ ſunt aqua ſiſimbrij ⁊ ſãſucus
⁊ laurũ ⁊ polypodium ⁊ ſimilia de his que ſciuiſti ⁊ ci
ba eã ⁊ conforta ⁊ uiuifica ipſã ⁊ quãdo ponuntur ſup
eã empl̃a oportet ut non ligentur: ligatura enim nocet
apoſtemati. In dubellati uero oportet ut occuperis in
maturãdo ipſã ⁊ ſi eſt propinqua ori matricis ⁊ eſt poſ
ſibilis ſectio eius ſm̃ modum regiminis clauſe fiat intri
ſeca: aut qum poſſibile eſt ut conſideretur eius matura
tiõ ex ipſamet: aut ſufficit illud qđ prouocat prouocati
one ſubtili ſicut lac ⁊ ſemen melonis cum aliqua muci
laginum ⁊ eius eruptio ex ipſamet fiat. Et ſi poſſis eſt
infrigidatio ⁊ reſolutio tunc eſt melius. ⁊ qum rumpiẗ
aldubellati tunc quãdoq; egreditur pus eius ex vulua
⁊ oportet ut iuuetur ad mundificatiõm ⁊ reſolutionem
reſiduorũ cum eis que ſunt ſicut unguentum baſilicõ
minus ⁊ initiatur in eã. ⁊ quãdoq; egreditur cũ veſica
⁊ tunc non oportet ut iuuamentum fiat in mundificati
one eius cum diureticis fortibus quaſi effundatur ma
teria alia ad veſicã ⁊ uincãt ⁊ faciãt aduenire ulcera ve
ſice imo ſubtilieris in illo ⁊ ſis contentus illis que pro
uocãt ſubtiliter ſicut lac ⁊ ſemen melonis cum aq̃ mu
cilaginum ⁊ fortaſſe egreditur ex uia egeſtionis ⁊ for
taſſe eſt neceſſariũ ut rumpatur cum medicinis dictis
in dubellati matricis et aliorum ſicut ſunt empl̃a fcã

ex ficubus ⁊ sinapi ⁊ fimo columbino ⁊ post illud opꝫ ut mundificetur vlcus cuꝫ eis que sunt sicut aqua mellis ⁊ iteretur illud multotiens dum inuenitur pus grossum. Q̄ūq3 mundificatur curetur curatione vlcerū. Et quādo magnificātur accidentia in dubellati non est excusatio quin administrentur empl̄a lenitiua fcā ex farina ordei ⁊ ex ficubus ⁊ fenugreco ⁊ semine lini ⁊ meliloto ⁊ tine que ſm hunc modum sunt. ⁊ oportet vt sermones res quas diximus in ca. apostematum calidorum ⁊ dubellati in ca. alijs preter matricem ⁊ compleas q̄ hic abbreuiamus illic.

¶ Capm. xiij. de apostemate phlegmatico in matrice.

Apostema phl̄aticum in matrice significāt significationes apostematis p̄dicte que pendent cū grauitate ⁊ inflatione: sed non est cuꝫ dolore de quo sit curandum ⁊ sit illic mollities extremitatum ⁊ pectinis ⁊ est forma habentis ipsum sicut forma habentium hyposarchā. ⁊ curatio eius est curatio apostematuꝫ phlegmaticorum in visceribus ex eis que diximus in ca. pluribus.

¶ C. xiiij. de apostemate duro.

Significāt ipsum apprehensio eius cum tactu ⁊ q̄ est illic difficultas ex parte vrine ⁊ fecis: aut unius ambarum. doloris vero euentus minoratur cum eo dum non fit cācer. ⁊ sicut est res lenis ⁊ extenuatur cuꝫ eo corpus ⁊ debilitatur ⁊ proprie crura ⁊ quādoq3 magnificatur uenter ⁊ apostemātur pedes ⁊ extenuantur crura. ⁊ accidit dispositio sicut dispositio hydropiſ ⁊ proprie quādo durities est sparsa. ⁊ quādoq3 accidit ex eo hydropisis uera. Q̄ū ergo non resoluitur durities festinat ad cācerositatem. ⁊ signum q̄ apostema durum est cācer aut fit cācer. Q̄ū quidem est ut appareat sensui est q̄ apa uidetur durum non equalis figure a quo procedunt sicut varices qd ledit tactus vehemēs mali coloris ⁊ turbidi decliuis ad rubedinem que est sicut rubedo fecis. ⁊ q̄n̄3 trahit ad plūbeitatem ⁊ uiriditatem. ⁊ qum non apparet significat ipsum grauitas ⁊ qd existimatur de lesione ⁊ sentitur ⁊ cōicāt in ipso pecten ⁊ duo emūctoria ⁊ due anche ⁊ inguina ⁊ peruenit lesio eius ad diaphragma ⁊ dorsum. ⁊ multotiēs accidit cum eo dolor in utrisq3 oculis ⁊ tēporibus ⁊ frigus extremitatum. ⁊ q̄n̄3 est cum eo sudor plurimus. ⁊ q̄n̄3 cōmittatur ipsum fe. incipiens cum lenitate: deide acuitur ⁊ fit fortis cum vehementia doloris. Difficultas autem vrine ⁊ eius guttatio ⁊ retentio stercoris ēt aut unius earum sine alia est signum in quo cōicat durities. ¶ Et phlegmon quidem si ulcerata est apparꝫ pus non equale habens sordem. ⁊ est sordes ſm plurimū mali coloris nigra. ⁊ quādoq3 est rubea ⁊ uiridis ⁊ raro fit alba ⁊ currit ex eo humiditas acuta ⁊ materia uirulenta perueniens ad uiriditatem fetidam. Et q̄n̄3 currit san. purus propter illud qd accidit illi d cōrosione ita ut existimetur q̄ illud sit menstrua: ⁊ quandoq3 currit res cum qua sedatur febris ⁊ sedatur dolō Et quādoq3 associantur ei signa apostematis calidi ⁊ non est ei curatio.

¶ C. xv. de cura.

Apostema quidem durum oportet ut medicetur ⁊ euacuetur cum eo corpus humoribus grossis ⁊ melācholicis ⁊ administrentur unguenta sicut diaq̄lon ⁊ basilicon ⁊ qd fit ex bdellio ⁊ adipe āseris ⁊ medulla cerui ⁊ butyro ouium factum ceratum cum oleo d lilio ⁊ alrazaki ⁊ narcisseo ⁊ anetino ⁊ oleo camemillino ⁊ oleo de fenugreco ⁊ oleo de kerua ⁊ oleo de alcāna ⁊ oleo de alacuben ⁊ sit cera eius cera citrina. ⁊ quandoq3 ponitur in eo vitellus oui. ⁊ si necesse est ut sit fortius isto ponātur i ip̄o castoreum ⁊ aloes semegenium ⁊ coagulum leporis ⁊ serum ⁊ ireos ⁊ ruta ⁊ alacuben ⁊ crocus ⁊ gluten alimbat ⁊ gūma amigdalarū ⁊ de unguentis expertis est ut infundātur folia capparis in aqua donec leniātur ⁊ teratur cuꝫ eis caseus cū aqua mellis ⁊ fiat ex eis unguentum ⁊ administrentur flores uitis cum caseo ⁊ aqua mellis ⁊ folia caulis ⁊ flos eius couenientia sunt apud me ad hoc. ¶ Et iterum si supponantur sordes auris sicut dicitur confert. ⁊ oportet ut sedeat in aquis in quibus sunt uirtutes lenientium ⁊ fiat empl̄m cum folijs altee recentibus contritis cum gūma amigdalarum ⁊ adipe anseris ⁊ empl̄a fcā ex sansuco ⁊ meliloto ⁊ fenugreco ⁊ camemilla ⁊ altea. ¶ Cācer uero opꝫ ut medicetur cum medicationibus cum quibus sunt unguenta sedātia ⁊ humectatione corporis ⁊ euacuatione sanguinis ex basilica assidue ⁊ saphena post ipsā in quibusdā horis ⁊ eductiōe melācholie ⁊ solutione ventris ⁊ vnguento arasil est proprietas in eo mirabilis ⁊ sedat dolorem eius. ⁊ quando fortior fit dolor intende ⁊ experire in sedatione doloris medicinas calidas ⁊ frigidas simul. ⁊ sis contentus conuenientioribus earum ⁊ proprie ad ulceratū. ¶ Calide itaq3 sedantes dolorem sunt sicut decoctio fenugreci ⁊ similia. ⁊ ceratum factum ex fece olei etiaꝫ dimissi in uase eris ut sumat de flore eius parum cum cera citrina ⁊ deforis liniatur. ⁊ frigide sunt emplastra fcā de papauere cum coriādro ⁊ solatro ⁊ oleo ros. ⁊ albumine oui ⁊ ex eo qd resoluitur ex plumbo ad inuicem fricato cum aqua coriādri ⁊ iterum decoctio lentium sumatur ⁊ clisterizetur cum ea ⁊ iterum lac asine ⁊ succus arnoglosse coniunctim ⁊ sigillatim ⁊ quando aduenit ex vlceratiōe fluxus san. administretur unguētum fluxus sanguinis.

¶ C. xvi. de prefocatione matricis.

Hec egritudo similis est epilepsie ⁊ sincopi cuius initium est ex matrice ⁊ peruenit ad cōitatem fortem cordis ⁊ cerebri mediatiōe velaminis ⁊ retis ⁊ venarum pulsatilium ⁊ quietap. ¶ Quidā uero sapientum medicorum dixerunt q̄ non cognoscitur cā prefocationis verum cā in ipsa qum cōprehenditur est q̄ accidit retentio menstruorum aut spermatis in adolescentibus ⁊ viripotentibus in primis qū sint viripotentes ⁊ virginibus ⁊ viduis ⁊ fit conuersio eius quod retinetur inde ad frigus ſm plurimū ⁊ proprie qū accidit ut in radice sit frigidum ⁊ addit ei spissitudo ⁊ soliditas frigus aut ad frigus putrefactionē ⁊ est pap ⁊ cognoscitur ex soliditate eius ad qd declinat in sua compl̄one. Q̄ū ergo inspissatur vnū horum duorū ante menstrua corrumpitur corruptione predicta ⁊ declinat ad naturā venenosā ⁊ accidunt due species egritudinis quarum vna est egritudo officialis que in p̄mis consequitur matricē quare spasmatur ⁊ contrahitur i primis ad superiora aut ante ⁊ retro: aut ad latus dextrum ⁊ sinistrū ſm obedientiā materie retente in venis ⁊ non inuenit meatū imo dilatat venas ⁊ spasmat eas cū dilatatione quare dolorem facit. ⁊ quādoq3 spargit in substātia matricis ⁊ ingrossat eā: deinde contrahit eam: aut non spargitur in ipsa imo apat ipsā deinde corrugat ipsā quare additur malitia: aut prouocat super ipsā menstrua alia quare non inuenientia cursum perducūt ad nocumentū in mēbris principalibus ultra nocumentum primū. Et quādoq3 ꝯtrahitur cā apatis

aut malitia complonis in primis ⁊ qñ antecedit contractio cã apatis: aut malitie complonis exiccãtis quare antecedit oppilatio oris matricis ⁊ orificiorũ venarũ: deinde accidit retentio ⁊ similiter due declinatiões ad latera. ⁊ secunda est egritudo mãlis cũ eo qḋ facit procedere mãm retentã ad duo membra principalia ex vapore malo venenoso quare accidit res sicut epilepsia ⁊ sincopis. ⁊ qm̃ hec egritudo est fortior sincopi pura tunc añcedit sincopis sicut debilius antecedit fortius. ⁊ que ex eis est menstrualis magis salua est q̃ spermatica. Sperma enim q̃uis sit eius generatio a san. ⁊ proprie in mulieribus ante conuersionẽ tñ est magis susceptibile conuersionis male q̃ sanguis. Sicut lac generatũ a san. susceptibilius est conuersionis q̃ san. ⁊ qñ accidunt huic egritudini periodi ⁊ multotiens accidit in autũno. Et qñ sunt periodi eius tardi. ⁊ qñ accit omĩ die ⁊ frequentia eius est parua. ⁊ quare non accidit huiusmodi apud partũ quum motus ille sit laboriosus qm̃ motus matricis tunc est similis ex omnibus diametris ⁊ est gradatus ⁊ non subitus ⁊ est ad interiora ⁊ est operatio nature ⁊ in ipso non procedit uapor venenosus ad mẽbra principalia. ⁊ deterior prefocatio matricis est illa que destruit anhelitum in eo qḋ apparet q̃uis necessarius sit aliquis anhelitus ⁊ fortasse apparet in eo qḋ est sicut lana carminata suspensa coram anhelãte ⁊ destruit etiã sensum ⁊ motu ⁊ assimilat morti. ⁊ plurimũ illius est cã spermatis. ⁊ cã eius qḋ de eo scm̃ est ⁊ sequitur eã in difficultate illa que anhelitum destruit. Sed leuior ea ⁊ minor est in gradu tertõ que facit accidere spasmum ⁊ tetanum ⁊ sincopi sine nocumẽto in ratione ⁊ sensu.

C. L. xvij. de signis.

tiam ueneni pernitiosi et facit possidere sanitatem.

M Edicina cõfecta que confert debilitati epatis
et torsioni et sputo sanguis.℞.balaustiarũ et
sanguinis draconis et folioꝝ alasif et aluis iamni ana
ꝑtem unã tere ea et pulueriza et decoque ipsa et cola
aquã eꝰet da ipam ad potañ tepidam qñ bona est.

C Onfectio kiume medici que facit ad corrupti
onem ꝯplonis et apata epatis et confortat stõz
et clarificat colorẽ.cꝰpermistio est ut sumatur myro
balanoꝝ et alkegi amboꝝ ana pondus.ʒ.xxxv.zinzibe
ris cinamomi ana.ʒ.x.pipis albi pondus.ʒ.xxiij.et al
talassir pondus.ʒ.iij.et galãge põdꝰ.ʒ.x.et neremiscb

pondus.ʒ.vi.⁊ succi apsinthij.ʒ.v.⁊ uini cocti ⁊ almei
sus quãtitas q̃ conficiãtur medicine tere medicinas ⁊
pulueriza eas ⁊ confice eas cũ uino ⁊ almeisus ⁊ fac
de eis pillas sices pipi.⁊ sit dos eꝰ.ʒ.ij.cũ aqua tepida

C Onfectio cognoĩata ipialis que confert ad dif
ficultatẽ urine ⁊ dolorem dorsi ⁊ debilitatẽ re
num ⁊ frangit lapidẽ.cꝰꝑmistio.℞.se.papaueris et se
minis porri ⁊ seminis aceti ⁊ seminis apij ⁊ seminis li
lij ⁊ se.lactuce ⁊ se.eundiuie ⁊ seminis portulace ⁊ be
en albi ⁊ rubei ⁊ lingue auis ⁊ seminis alkerua ⁊ kesi
le ⁊ seminis assehesabrẽ ⁊ seminis sansuci ⁊ semis keki
lie ⁊ pipis ⁊ turbit ⁊ granoꝝ nasturtij ⁊ seminis maru
⁊ usnee ⁊ ãmoniaci ⁊ floris squinanti ⁊ seminis napi
⁊ draganganti ⁊ se.hyusquiami albi ⁊ origani ⁊ zarub
⁊ seleniati ⁊ granoꝝ nil ⁊ costi ⁊ carui ⁊ psilij ⁊ sauine
⁊ enule ⁊ olibani ⁊ seminis mersulẽ ⁊ casie ⁊ seminis
lini ⁊ salis indi ⁊ seminis rute ⁊ se.alkeire rubei ⁊ al
bi ⁊ cymĩ carmeni ⁊ cinamomi ⁊ seminis felẽgemisk ⁊
mugath ⁊ sene de mecha ⁊ hermodactiloꝝ ⁊ epithymi
⁊ anisi ⁊ seminis sulle ⁊ sirachs granoꝝ solis omnium
añ drachmas.iiij.tuderi albi ⁊ rubei ⁊ ameos ⁊ zedoa
rie ⁊ kinau ⁊ seminis feniculi ⁊ cinamomi ⁊ myrobala
noꝝ citrinorum ⁊ kebuloꝝ ⁊ seminis harmel ⁊ grano
rum myrti ⁊ sinapis ⁊ canabis ⁊ sisami excorticati ⁊ fe
nugreci ⁊ seminis baucie omniũ ana.ʒ.v.secacul ⁊ zin
ziberis amboꝝ ana.ʒ.iiij.kie ⁊ pipis al.⁊ gariofili ⁊ spi
ce ⁊ florum alcãne ⁊ piretri omniũ.ʒ.i.s.scamonee põ
dus tertie.ʒ.i.seminis melonis ⁊ seminis melonis lon
gi amboꝝ ana.ʒ.x.olei sisami.ʒ.xl.mellis lb.ij.dos in
tegra.ʒ.ij.cum aqua tepida.

C Onfectio quã narrauit asaimeri ⁊ dixit ꝙ est
expta que est cõueniens palysi ⁊ torture ⁊ mol
lificationi ⁊ reliquis egritudinibꝰquaꝝ radix ẽ phla ð
qua sumatur ſz quãtitatẽ quã tollerat eger ⁊ si liniat
ex ea membꝝ mollificatũ iuuat cꝰ permistio.℞.opij ⁊
euforbij ⁊ castorei ⁊ cinamomi ⁊ macropipis ⁊ hyusq̃
ami albi ⁊ spice ⁊ zinziberis ⁊ croci omniũ ana ꝑtes e
quales tere ⁊ cribella ⁊ cõfice cũ melle dispũato ⁊ po
ne in uase uitreo ⁊ utere qum necesse fuerit.

C Onfectio ipinguatiua nra expta.℞.mugath ⁊
nucis enden ⁊ been ⁊ zedoarie ⁊ draganganti ⁊
seminis papaueris ⁊ karabe omniũ ana pondꝰ.ʒ.iij.te
re ⁊ pulueriza ⁊ frige cũ butyro frixione leui ⁊ ꝑmisce
cũ duabꝰemis puis sauich triti ⁊ emia una zuccari mẽ
surata cũ emia pua de iñsũatur omni die pondus.ʒ.xx
⁊ decoquatur cũ duabꝰlibris lactis ⁊ ꝓijciatur desuꝑ
de butyro quãtuz necesse est ⁊ sorbeatur qñ bonũ est.

¶ Explicit tractatus ꝑmus incipit ſs de hieris.

H Iera est nomẽ solutiui rectificãtis ⁊ hꝰ qui
dem interꝑtatio ⁊ expositio est medicina
diuina.Et primũ quidẽ solutiuũ decogni
tis fuit hiera ruffi ⁊ antiquitus non cade
bat nomẽ hiere nisi sꝫ hãc deiñ noĩate sꝫ alie eo.et ñ dr̃
medicia diuia nisi qr actio soluti ẽ res dina saluãs ex ð
tutibꝰsue nature .Et ãtiqꝰqð ñ fuerũt date i potu hiere
nisi qñ medici timebãt ex malitijs solutiuoꝝ simpliciũ
sicut pulpe colloquintide et hellebori et alioꝝ. Et qñ
uolebat uti eis ꝑmiscebãt ea cũ facientibꝰ penetrare ⁊
rectificantibꝰet bezabard donec ausi facti sunt in usu e
orum.Postea expomiti sunt in eis et acceperũt succum
eorũ deinde ausi sunt in eis adeo donec acceperunt ea

ſicut ſunt in pilulis. ¶ Sciat ergo medicus ꝙ biere
magis ſunt ſalue ꝙ̃ decoctiones ⁊ pille. Et non dimit
tuntur pp malitiã ſuã imo pp ea que excuſant ab eis
pp conſuetudinẽ malã. Et qm̃ ipſe non trahũt ex lon
ginquo ſicut decoctiones ⁊ pille. Et doſ de bieris eſt
uſq̃ ad. iiij. aur. Et qñq̃ ꝓijciunt ſup eas ſalem maſſe
¶ Et magis conueniens cũ quo in potu dantur ẽ aq̃
epithymi cũ paſſulis mundatis ꝓpe ſm deſcriptionez
quorũdam eoꝝ. ¶ Q. d. ℞. epithymi. ʒ. iiij. paſſularuz
mundataꝝ. ʒ. x. myrobalanoꝝ nigrorum mundatorum
ʒ. i. ſticados. ʒ. iij. aque lb. iiij. aniuden mundati lb. ſ. d
tur ad potañ in ieiuno. Et conſequẽter detur ſeminis
altee. ʒ. i. ſeminis citroli. ʒ. ſ. cũ pauco oleo nucis ⁊ aq̃
tepida. Et cibus tribꝰ diebꝰ ſit zibrabegi cũ aq̃ ꝯmiſta

Hiera picra. i. amara. Hec eſt biera de aloes ⁊
aſſociatur ei cinamomũ pp ſubtilitatẽ ſuam ⁊
iuuamẽtum qḋ facit uiſceribus ⁊ ſtõ ⁊ maſtix ſilr ⁊ ut ꝯ
ſeruet ⁊ ſilr caſia ⁊ crocus pp digõnem ⁊ confortatio
nem cordis ⁊ ſtõi. Et fortaſſe crocus facit incurrere ĩ
ea dolorem capitis qꝛ oꝫ ut minoretur pondus eꝰ aut
expellat. ⁊ aſſaꝝ qm̃ ineſt ei adiutoriũ ad ſolõz faciẽdã
⁊ ꝑcipitatõz huitatũ. ⁊ qñq̃ ponũt loco eꝰ cubebe ⁊ ſꝛ
ſubtiles ⁊ carpobalſamꝰ ⁊ xilobalſamus pp conforta
tiõm ſtõi ⁊ reſolonem ⁊ albezabarati. ¶ Et de hõibꝰ
ſunt quidã qui ponũt in ea florem ſquinanti qꝛ ꝓhibz
raſuram que timet ex aloe ⁊ roſas ut expellant maliti
am caliditatis aloes a ſtõ ⁊ capite. ⁊ qñq̃ fermentat
cũ tanto melle quantũ eſt. ⁊ qñq̃ eſt ſicca non fermen
tata. ego uero informo de ipſa pluerizata trociſcos cũ
aqua bdellij ⁊ exicco eos in umbra ⁊ utor eis nã inue
nio illud magis ultimũ ꝙ̃ aliud ⁊ fortaſſe bdellium ẽ
fere ps. i. ⁊ antiqui quidem diuerſificati ſũt in quãtita
te rectificatiõis aloes. ¶ Sunt ei de eis quidã q̇ po
nunt pondus medicinaꝝ ſexcuplũ ponderis aloes ⁊ d
eis ſunt qui octuplũ ⁊ addũt ⁊ minuũt. ¶ Et iterum
qñq̃ accipiunt ipm ex abluto qḋ eſt debilius ſoluens
⁊ magis cõueniens caleſcõ ⁊ febriẽti ⁊ nõ dant ipm
in potu oĩ febrienti. imo ei cꝰ febris eſt leuis. Et de eis
ſunt qui accipiũt de aloe nõ abluto ⁊ eſt fortius ſoluẽſ
ſed eſt magis nociuũ febriẽtibus ꝙ̃uis de eo ſumãt in
potu quidã ⁊ non noceat eis. ¶ Et biera q̇dem nõ ẽ
res feſtinans in ſolone imo eius ſolo fit cũ facilitate et
paulatiz ⁊ cũ tarditate. ⁊ fortaſſe efficit opatiõm ſuam
in die ſo ⁊ non eſt iteꝝ eius ſolo cũ attractione ex lõgi
quo imo non ſoluit niſi illud cui obuiat ⁊ cui cõmiſce
tur ex ſtõ ⁊ inteſtis. ⁊ longinquior terminus ſue attra
ctionis eſt ps epatis abſq̃ uenis. ¶ Deſcriptio aũt
cognita uniuerſitatis eſt hec deſcriptio que confert ad
humiditates generatas in capite ⁊ ſtõ ⁊ dolores iun
cturaꝝ ⁊ colicam ⁊ torturã ⁊ grauitatẽ lingue ⁊ molli
ficatiõm membroꝝ. cꝰ hec eſt permiſtio. ℞. maſticis et
cinamomi ⁊ aſſari ⁊ ſpice ⁊ carpobalſami ⁊ croci ⁊ xi
lobalſami ⁊ caſie omniũ ana pondus. ʒ. i. aloes ſublis
duplũ medicinaꝝ. Tere ⁊ cribella ⁊ ſit doſ integra. ʒ.
i. cũ melle ⁊ aqua tepida.

Hiralogodion. ¶ Hec confectio eſt bñdcã pli
mi iuuamẽti mundificans corpus ab ultimiſ ex
tremitatibus ſuis cũ ſolone in qua non eſt labor oĩuz
humoꝝ ⁊ ſifluitatum ⁊ confert ad egritudines capitis
⁊ dolorẽ ⁊ emigraneam ⁊ cephaleã ⁊ uertiginẽ ⁊ al
gueſgues ⁊ maniam ⁊ epilepſiã ⁊ timorẽ ⁊ palyſiz et
mollificatiõm imo ad apoplexiã ⁊ totũ illud accepta
in puluere ſicut dcm̃ eſt de ſcelithe ⁊ eſt melior illo pli
mũ ⁊ confert ad dolores auris ⁊ oculi ⁊ cõfortat ſtõz
⁊ apit oppilationes epatis ⁊ ꝓuocat menſtrua ⁊ ĩmo
uet difficultatẽ anhelitus ⁊ conferi ad quartanã ⁊ oẽſ
paſſiones phlaticas crudas ⁊ febres antiquas ⁊ ualz
ad dolores iuncturaꝝ ⁊ podagram ⁊ uenã ſciaticam.
Et eſt utilis ad tyriam ⁊ alopitiã ⁊ ulcera antiqua in
capite ⁊ alia ⁊ ad baras ⁊ morpheam ⁊ ipetiginẽ ⁊ ex
coriatiõm ⁊ lepram et ad ſcrofulas et apata ſra ⁊ can
croſ cꝰ hec ꝑmiſtio. ℞. pulpe colloquitide. ʒ. v. cepe ſql
le aſſate et agarici ⁊ ſcamonee ⁊ hellebori nigri ⁊ ãmo
niaci ⁊ ſcordeon omniũ ana. ʒ. iiij. ſ. ⁊ in deſcriptione
alia omniũ ana. ʒ. ij. ſ. epithymi et cãedreos et bdellij
et aloes oĩũ ana. ʒ. iij. haſce ipericõ et folij idi et praſſij
et polij et caſie et melãopipis ⁊ leucopi. et macropipe
ris et croci et cinamomi et oppoponaci et polypodij ⁊
ſerapini et caſtorei et myrrhe et petroſelini et ariſtolo
gie lõge et ſucci apſinthij et euforbij et ſpice et ãmõi ⁊
zinziberiſ omniũ ana pondus. ʒ. ij. gentiane et ſticados
ana. ʒ. i. ſ. mellis quantum ſufficit doſis integra aur.
iiij. cum aqua tepida et melle aut cum decoctione epi
thymi et paſſularum enucleatarum.

Hieralogodion ſm deſcriptiõm filagrij. ℞. pul
pe colloquintide et croci et ãmoniaci et cõticũ
hellebori albi et ſcamonee et ipicon omniũ ana aur. x
epithymi et polypodij et bdellij et aloes et camedreos
et praſſij et caſie omniũ ana. au. viij. macropipis et leu
copiperis et melanopiperis et cinnamomi et croci et
oppoponaci et ſerapini et caſtorei et petroſelini et ari
ſtologie longe omniũ ana aur. iiij. conficiatur cũ melle
diſpumato et ſit doſ aur. iiij. aut . iij. ſm ꝟtutez cuiuſq̃
hõis cũ aqua mellis et ſale.

Hieralogodion ſcdm deſcriptiõm Pauli. ℞.
pulpe colloquitide aur. xx. cepe muriſ aſſate ⁊
agarici et ãmoniaci et corticum hellebori nigri et ſca
monee et ipericon omniũ ana aur. x. polypodij et epi
thymi et bdellij et aloes et camedreos et praſſij et ca
ſie omniũ ana aur. viij. myrrhe et oppopõaci et ſerapi
et petroſelini et triũ piperum ⁊ cinnamomi et croci et
caſtorei et ariſtologie longe omnium ana aur. iiij. mel
lis quantum ſufficit.

Hiera ruffi faciens ad cholam nigrã et phla et
alopiciam. ℞. pulpe colloquintide aur. xx. ca
medreos aureos. x. ſerapini et oppoponaci amboruz
ana aur. viij. ſeminis apij montani aur. v. ariſtologie ro
tunde aur. v. pipis albi et nigri amboꝝ ana aur. v. cina
momi aur. iiij. caſie aur. viij. ſticados et croci et polij
et myrrhe omniũ ana aur. iiij. infunde myrrham cũ ui
no et tere medicinas et confice cũ melle diſpumato et
pone in uaſe et utere qñ neceſſe fuerit. Et in deſcripti
one alia pulpe colloquintide. ʒ. xx. aloes ſcotrenſis põ
dus. ʒ. v. galange. ʒ. x. camedreos. ʒ. xx. ſerapini et op
poponaci amboꝝ ana. ʒ. viij. ariſtologie rotunde et pe
troſelini et piperis albi et nigri omniũ ana. ʒ. v. ſpice et
caſie et cinnamomi et croci et zinziberis et myrrhe et
polij omniũ ana aur. ij. Et inuenimus additũ in dſcrip
tione alia relatũ ad hoc qḋ eſt in ſuriamati de medicis
camepitheos et agarici et praſſij omniũ ana. ʒ. x. et con
ficiatur cũ melle et ſit doſ eꝰ pondus. ʒ. iiij. cũ aq̃ cala et
melle et ſale in ieiuno pꝰ abſtinentiam.

Deſcriptio uniuerſitatis. Hiere archigenis q̇ ꝯ
fert oĩ egritudi gẽrate ex phlate crudo ⁊ ñ cru
do et melia et uitio aq̃ i oculo et dolori capitis et facit
ad uertiginẽ et epilepſiã ⁊ ualz ad inceptõz egritudinũ

uiſus ⁊ raucedinē humidā ⁊ dolores gutturis ⁊ diffi
cultaté anhelitus ⁊ ſpaſmū ⁊ exituraſ ex materījs groſ
ſis ⁊ confert ad aquā citrinam ⁊ ſcabiē. ⁊ qñq; datur
in potu parū̄ pp dolores ſtōi ⁊ uentris ⁊ mātricis cum
decoctione rute. ⁊ qñq; ponitur in ea caſtorei parum
ſ. uſq; ad ſiliquas. iij. ⁊ ad dolorē dorſi ⁊ metron ⁊ ad
uenam ſciaticā ⁊ ei ſilīa cū aqua centauree ⁊ pmiſcen
tur cū ea ēt ſuccus cucumeris aſinini ⁊ colloquintide
ſilique. iiij. in aqua abrotani ⁊ datur in potu ad morſū
canis rabioſi ⁊ facit ſecuritaté a timore aque precipue
cū pondere. ʒ. i. de aduſtione cancri fluuialis. c⁹ hec eſt
permiſtio. ℞. pulpe colloquintide. ʒ. xxij. praſſij ⁊ ſtica
dos ⁊ ellebori nigri ⁊ camedreos ⁊ ſcamonee ⁊ leu
copipis ⁊ macropipis omniū ana. ʒ. ij. cepe muris aſſa
te ⁊ euforbij ⁊ aloes ⁊ croci ⁊ gentiane ⁊ petroſelini ⁊
āmoniaci ⁊ oppoponaci omniū ana. ℥. i. polij ⁊ cinna
momi ⁊ ſerapini ⁊ myrrhe ⁊ ſpice ⁊ ſquinanti ⁊ calam̄
ti montani ⁊ ariſtologie rotunde omniū ana. ʒ. ij. melliſ
quantū ſufficit ⁊ ſit doſ aur. iiij. cū decoctione epithy
mi ⁊ paſſularum mundatarum.

HIera archigenis deſcriptione pauli. ℞. praſſij
⁊ agarici ⁊ camedreos ⁊ pulpe colloquintide
⁊ ſticados omniū ana pondus aur. xx. oppoponaci et
ſerapini ⁊ petroſelini ⁊ ariſtologie rotunde ⁊ pipis al
bi omniū ana aur. v. cinamomi ⁊ ſpice ⁊ polij ⁊ croci
omniū ana aur. iiij. Tere ex medicinis que ſicca ſunt
⁊ cōquaſſa gūmas ⁊ infunde in melle ⁊ permiſce ⁊ ſit
doſ aur. iiij. cū ſal' triti pondere. ʒ. i. cū aqua mellis.

THeodoricon magnū qđ ualet ad corruptionē
cōplonis ſte ⁊ repletiōm ⁊ ſſfluitates uiſcoſas
groſſas ⁊ obliuiōm ⁊ tenebroſitatē uiſus ⁊ difficultatē
anhelitus ⁊ ſtuporem ⁊ dolores epatis ⁊ ſtōi ⁊ ſpleniſ
⁊ renum ⁊ mātricū ⁊ ꝓhibitiōm menſtruorum ⁊ colicā ⁊ ē
ſolutiuū abſq; labore. c⁹ doſ ſit pondus aur. iiij. cū đco
ctione epithymi ⁊ agarici aut cū aqua cal'a. c⁹ hec ē p
miſtio. ℞. aloes ſcotrenſis pondus. ʒ. x. agarici albi pō
dus. ʒ. xx. croci ⁊ cinamomi ⁊ acori ⁊ maſticis ⁊ olei
balſami omniū ana pondus. ʒ. iij. reuſini. ʒ. i. ſ. xilobal
ſami ⁊ carpobalſami ⁊ euforbij ⁊ macropipis ⁊ pipis
albi ⁊ nigri ⁊ gentiane romane ⁊ floris ſquinanti oium
ana pondus. ʒ. ij. coſti amari camedreos epithymi oiū
ana. ʒ. iiij. aſſari ⁊ caſie ⁊ ſcāonee oiū añ pōd⁹ ʒ. vi. ſpice
odorife ī pond⁹ ʒ. iij. ſ. meu ⁊ amōi āborum añ pōd⁹. ʒ. i.
aggrega haſ medicinas tritas ⁊ cribellatas ⁊ cōfice cū
melle diſpūato ⁊ repōe i uaſe ⁊ utere poſt ſex menſes.

THeodoricon aliud qđ confert oībus egritudini
b⁹ excitatis ex frigore ⁊ phl'ate. ℞. aloes pōd⁹
ʒ. xxx. agarici pond⁹. ʒ. xij. acori ⁊ croci ⁊ cinamōi et
alkeia ⁊ hermodactilorum ⁊ caſie omniū ana. ʒ. iij. came
dreos et leucopipis ⁊ aſſari ⁊ xilobalſami omniū ana
pondus. ʒ. ij. melanopipis ⁊ caſtorei amborum ana. ʒ. iiij.
reuſini ⁊ myrrhe ⁊ ſpice omniū ana pondus. ʒ. i. mell'
quantū ſufficit doſ e⁹ pondus. ʒ. iiij. cū aqua cal'a ⁊ an
tiquetur ſex menſibus.

THeodoricon aliud faciens ad illas poſſōes c⁹
hec eſt permiſtio. ℞. acori pondus. ʒ. viij. nucis
muſchate. ʒ. xij. aloes ſcotrenſis. ʒ. lx. agarici pondus.
ʒ. xliiij. reuſini. ʒ. iij. piperis albi ⁊ gentiane amborum añ
pondus. ʒ. iiij. croci et gariofilorum et acori in alio gal
bani et keiati et cinamomi omniū ana. ʒ. vi. aſſari ⁊ xi
lobalſami amborum ana pondus. ʒ. iiij. caſie et ſcamonee
omniū ana pondus. ʒ. xij. ſpice. ʒ. viij. ſcordeon. pond⁹
ʒ. ix. amōi ⁊ rubee et pipis nigri et piperis longi ⁊ ſq̄
nanti omniū ana pondus. ʒ. ij. ireos pondus. ʒ. viij. ter̄
⁊ cribella ⁊ cū melle quantū ſufficit confice ⁊ ātiquetur
ſex menſib⁹ ⁊ ſit doſ pondus. ʒ. iiij. cū aqua calida.

THeodoricon cū nuce muſchata faciens ad oēs
egritudines antiquas capitis ⁊ ad maniā ⁊ al
gueſgues ⁊ dolorē capitis ⁊ uertiginē. ⁊ ad epilepſiā
⁊ ad debilitatē uiſus ⁊ ad dolorem epatis ⁊ ſplenis ⁊
renū ⁊ colicā ꝓuocat mēſtrua retēta ⁊ ad leprā ⁊ baraſ
⁊ ad dolorē podagre ⁊ iūcturarum ⁊ ācharum ⁊ ad febres
chrōicas añcedentes ⁊ e⁹ ſol'o eſt ſine nocum̄to. c⁹ hec
eſt permiſtio. ℞. aloes. ʒ. lx. agarici. ʒ. xxiiij. ſcordeon ⁊
xilobalſami amborum ana. ʒ. iiij. coſti. ʒ. viij. acori ⁊ maſti
cis ⁊ cinnamomi ⁊ gariofilorum omniū ana. ʒ. vi. caſie et
nucis muſchate amborum ana. ʒ. xij. epithymi. ʒ. xviij. ſpi
ce. ʒ. vi. camedreos. ʒ. viij. myrrhe. ʒ. ij. triū pipum ⁊ eu
forbij ana. ʒ. iiij. floris ſquinanti. ʒ. ij. gentiane. ʒ. iiij. am
mōi. ʒ. ij. ſcamonee. ʒ. xviij. mellis diſpumati quātū ſuf
ficit c⁹ doſis ſit. ʒ. iiij. cum decoctione epithymi.

THeodoricon aliud uſitatum. ℞. aloes. ʒ. lx. aga
rici. ʒ. xxiiij. maſticis ⁊ croci ⁊ acori ⁊ cinnamōi
⁊ ſpice omniū ana. ʒ. vi. ariſtol'. ⁊ carpobalſami ⁊ eu
forbij ⁊ trium pipum ⁊ gentiane omniū ana. ʒ. iiij. cāe
dreos ⁊ coſti amborum ana. ʒ. v. caſie ⁊ epithymi āborū
ana. ʒ. xij. myrrhe ⁊ floris ſquinanti ⁊ amōi omniū ana
ʒ. ij. ſcamonee. ʒ. xx. mellis quantum ſufficit c⁹ doſ ⁊ ad
miſtratio ⁊ iuuamēta ſunt ſicut primi.

HIera G. deſcriptione uniuerſitatiſ ⁊ de iuuam̄
tis eius eſt ꝙ ipſa eſt ſubtilior ⁊ efficatior ꝙ̄ the
odoricō ⁊ logodiō faciēs ad paralyſi ⁊ torturā ⁊ ſpaſmū
⁊ mollificatōem ⁊ purgat a corpoē ſſfluitates uiſcoſas
groſſas ⁊ diuerſas ⁊ ſtringit mollificatiōm ueſice et
exitum urine abſq; uoluntate. c⁹ hec eſt permiſtio. ℞.
pulpe colloquintide ⁊ agarici ⁊ cepe muris aſſate et
āmoniaci ⁊ ſcamonee ⁊ ellebori nigri ⁊ ipericon ⁊ eu
forbij omniū ana. ʒ. xvi. polypodij ⁊ epithymi ⁊ bdellij
ſubalbidi ⁊ camedreos ⁊ praſſij ⁊ caſie omniū ana pō
dus. ʒ. vij. myrrhe ⁊ ſerapini ⁊ ariſtologie longe ⁊ triū
piperū ⁊ cinamomi ⁊ oppoponaci ⁊ caſtorei ⁊ petroſe
lini omniū ana. ʒ. iiij. ⁊ de hōibus ſūt quidā qui ponūt
in ea croci pondus. ʒ. iiij. aggrega has medicinas tritaſ
⁊ cribellatas infuſis eis que ex ipſis infundūtur in tri
plicato ⁊ confice cū melle diſpumato ⁊ utere quū ne
ceſſe fuerit poſt ſex menſes.

HIrea G. deſcriptione pauli. ℞. camedreos et
leucopipis ⁊ macropipis ⁊ agarici ⁊ ſticados
⁊ ellebori nigri ⁊ ſcamonee ⁊ ſpice ⁊ epithymi ⁊ ce
pe muris aſſate omniū ana aur. vi. myrrhe ⁊ croci ⁊ ā
moniaci ⁊ ipericon omnium ana aur. viij. mellis quan
tum ſufficit.

HIera G. ℞. pulpe colloquintiđ. ʒ. iiij. camedre
os ⁊ cepe muris aſſate ⁊ croci ⁊ agarici ⁊ ſcamonee ⁊
ellebori nigri ⁊ ſticados ⁊ āmoniaci ⁊ ipericon oium
ana. ʒ. iij. ⁊ ſextam. ʒ. i. epithymi ⁊ polij ⁊ bdellij ⁊ cāe
pitheos ⁊ praſſij ⁊ aloes ⁊ caſie ⁊ polypodij omnium
ana. ʒ. i. ſ. ⁊ trium pipum ⁊ myrrhe ⁊ cinamomi ⁊ cro
⁊ oppoponaci ⁊ ſerapini ⁊ caſtorei ⁊ petroſelini ⁊ ari
ſtologie rotunde ⁊ euforbij omniū ana medietatem et
tertiam. ʒ. i. ⁊ mellis quantum ſufficit doſ ſicut logodi
on ⁊ iuuam̄ta e⁹ ſicut illius.

HIera euſacaritis ⁊ eſt Hip. medici conferens
ad humiditatē ſtōi ⁊ ad dolores capis gene
ratos ex uaporibus corruptis ⁊ ex triſtitia timere fa
ciente. c⁹ hec eſt pmiſtio. ℞. gētiāe ⁊ ſpice ⁊ ariſtologie

rotunde et casie et cinamomi omniū ana pondus .ʒ.i. petroselini et camedreos et sticados et fulfulimon et est ozimum mōtanū et keiati omniū an.ʒ.i.mrrhe pondus.ʒ.iiij.granoꝝ alben et croci amboꝝ anā.ʒ.i.ʒ.aloes ru:pondus.ʒ.viij.pulpe colloquintide pondus.ʒ.vi.ꝯ ficiatur cum melle et administretur post sex menses dosis eius pondus.ʒ.iiij.

h Iera alia Hip.que facit ad maniam et alguesgues et uertiginē in capite et dolorē capitis ue hemētem et spasmū et scissurā manuū et dolorē iūcturarum et ad ꝑmistiōm ratōis et corruptiōm intellectus et dilatatiōm pupille et inceptiōm aque in oculo et ad lepram et albaras et ad palysim et torturā.cʒhec est ꝑmistio.℞.cucumeris asinini et triuz pipuz et camedreos omniū ana pondus.aur.v.croci et myrrhe et scāonee omnium ana pondus.ʒ.ij.āmoniaci pondus.ʒ.i. mellis quantum sufficit dos eius medietas.ʒ.i.cum aqua calida.

h Irea Andromachi que confert ad dolorē stōi uentris .cʒhec est permistio.℞.cinnamomi et casie nigre et calami aromatici et xilobalsamī et floris squināti et benitus omniū ana.ʒ.iij.ʒ.Tere medicinas et ꝓijce in uase figuli nouo et funde sup eas aque pluuialis daicb.vi.et decoque ad medietatē et cola deiñ accipe aloes rubei lb.i.ʒ.et pone sup ipm aque pluuialis ꝙtum sufficit et tere in meridie et ablue donec abstergat et funde sup ipm aquā spērum et tere in sole donec exiccetur deiñ tere et proijce in ipso croci et myrrhe ⁊ al keiati omniū ana.ʒ.iiij.⁊ in descriptione antiqua omniū ana.ʒ.i.deinde tere oīa et pone in uase uitri aut ui treato et utere.est enim iuuatia ad spasmū et ad repcussioné que fit obuiando et percussiōm et fracturā et ad dolorem lateris et apit stōm et dolores eʒet sputū sanguinis et dolorem ilij dosis eʒintegra pondus:ʒ.i.cum aqua tepida et omni hōi ſm quantitatē sue uirtutis ⁊ ad apata dura cū sirupo acetoso et fit ex ea emplm ad apa oculi cū succo mēte aut uue uulpis et apata ani cū oleo rosaceo et uino bono et confert ad ulcera que accidunt unguibus qñ liquefit cū aceto uini et ad adustionem oris gargarizata.

h Irea Andromachi faciens ad retentiōm menstruoꝝ et ad leprā et timorem.cʒhec est ꝑmistio ℞.sticados et camedreos et agarici et hellebori nigri ⁊ pipis nigri et albi et mezerion et scamonee et sqlle assate omniū ana pondus.ʒ.xviij.croci et euforbij et āmoniaci omniū ana.ʒ.viij.myrrhe.ʒ.iiij.interioris cucūeris asinini.ʒ.iij.mellis lb.v.dos eʒpondus.ʒ.ij.cū melle et aqua et sale.

h Iera faneligozis faciens ad meliam et mūdificat uelamina cerebri et aufert chimos grossos uiscosos terrestres cʒhec est permistio.℞.prassij et sticados et hellebori nigri et camepitheos et camedreos et petroseli et polij et ē allabada et aristologie rotūde et croci ⁊ gētiane et keiati et dragagāti et folij egyptij et assāij et amōi et costi et cinnamomi et fu et meu et piperis ⁊ carpobalsami et allei siluīis et casie et ipericon et flōis squinanti et spice omnium ana pondus.ʒ.ij.epithymi et agarici et polypodij et pulpe colloquintide omniuz ana.ʒ.iij.aloes scotrensis.ʒ.vi.Tere et confice et an qua sex mēsibʒdos eʒʒª.ʒ.i.cum aqua calida.

h Iera busutus conferens ad uisū et confortans eū et sedat dolorem capitis assiduū ⁊ cōfert ad dolores stōi et splenis et epatis et ad dolores melicos et phlaticos et ad uertiginē et dolorē ꝗ noiat corona cʒhec ē ꝑmistio.℞.caedreos pōdʒ ʒ.xij.agaici pōdʒ.ʒ xvi.et in descriptione alia agarici.ʒ.x.pulpe colloquintide.ʒ.ij.sticados et piperis albi et nigri omniū ana.ʒ xij.meu.ʒ.iij.croci.ʒ.xviij.hellebori nigri et scamonee et aloes scotrensis omniū ana.ʒ.xvi.Tere et cribella et confice cū melle dosis eʒ.ʒ.iiij.post sex menses.Et i descriptione alia spice et casie amboꝝ ana.ʒ.xij.bibat cū infusione epithymi post abstinentiam.

h Iera catagini antbiochēi que confert ad spasmum et dolorē capitis et dolorē capitis ātiqū ⁊ ad timorē accidentē ex melia et ad tremorē iuncturarum.cʒhec est permistio.℞.pl'pe colloquintide pondʒ ʒ.xx.camedreos et prassij et agarici omniū ana.ʒ.x.aristologie longe et petroselini et piperis albi et serapi et opponaci omniū ana.ʒ:v.myrrhe et spice et polij et croci et cinnamomi omniū ana.ʒ.iij.infundantur humida cū melle deiñ decoquātur sup ignē parūp et terantur sicca et ꝓiciantur super ea et misceantur et administretur pʒsex menses.

D Escriptio alia hiere que addit in uisu et cōfortat ipm et confert ad dolorē capitis et passiōes stōi et epatis et splenis.cʒhec est cōmistiō.℞.pl'pe colloquintide.ʒ.x.camedreos et casie et triū piperum omniū ana. ʒ.ij. aloes ⁊ myrrhe et turis masculi et croci omniū ana.ʒ.i.scamonee.ʒ.vi.succi apsintbij pondʒ ʒ.ij.mellis ꝙtū sufficit dosis pondus.ʒ.iiij.cū aq̄ cal'a.

h Iera nr̄a experta.℞.hellebori pondus.ʒ.i.pulpe colloquintide aur.i.et aloes aur.v.et salis indi.ʒ.i.et tertiam ⁊ agarici pondus aur.ij.et lapidis armeni aur.ʒ.⁊ rosaꝝ pōdus.ʒ.i.⁊ piperis albi pondus aur.i.⁊ zinziberis pōdus aur.ij.et acori ⁊ amomi ⁊ assari ⁊ carpobalsami et albasce et origani et semis apij ⁊ dauci ⁊ est semē baucie omniū an.ʒ.iij.et buglosse pōdus.ʒ.x.se.alsebesebram ⁊ se. alselēgemisch ⁊ seminis ozimi citrati ⁊ seminis citri et mente sicce omniū ana ʒ.ij.⁊ epithymi pōdus.ʒ.ij.ʒ.cōficiātur oia cum duplo sui mellis ⁊ reponatur sex mēsibus deiñ administret.

Tractatʒ tertiʒ de electuarijs solutis ⁊ ñ solutis.

n Os dicere uolumus in hac sūma d electuarijs amssis et que sūt silia uniuersalibus Illa uero quoꝝ iuuamēta sunt pticularia digniora loca dicendi sunt in sūma fa.

e Lectuariū diacyminū faciens ad dolores uiscerum quos generauit frītas ⁊ ad egritudinē phlatis senum et confortat stōm ⁊ digerit cibum et aufert appetitum caninū et eructuatiōm acetosā ⁊ fit dos magnitudo galle cū aqua cal'a ⁊ ꝯfert iterū ad febres frās melicas et phlaticas.cʒhec est permistio.℞.cymi carmeni infusi i aceto uini die ⁊ nocte exiccati torrefacti et folioꝝ rute exiccatoꝝ in umbra et piperis ⁊ zinziberis omniū ana sextaria.v.baurach armeni pondus.ʒ.x Aggrega has medicinas tritas cribellatas ⁊ ꝯfice cū melle dispumato ⁊ reponatur in uase ⁊ administretur.

d Iacyminū G. qd facit ad uentositates frās et facietatē nauseatiuam et resoluit uentositates et confert ei qui non digerit cibū.cʒhec est permistio. ℞.baurach medietatē ptis cymi carmeni infusi in aceto torrefaci pipis albi ⁊ piperis longi folioruz rute omnium ana ptē unā.Et hoc quid fit ſm duas descriptiones qn̄q3 enim fit ex ptibus equalibus in oībus suis

cōmistionib⁹.s.cymi piperis et rute ⁊ baurach ⁊ iste modus soluit nām ualde. ⁊ qn̄q̄ permiscetur de spēbus reliquis quantitas equalis et de baurach medietas h⁹quantitatis. et eligitur de cymino carmenū ⁊ infunditur in aceto forti deinde torresit ⁊ sit piper albū ⁊ illud ideo qm̄ ipm̄ confortat stō̄ʒ plusq̄ due alie spēs s. pip̄ longum et pip̄ nigrū ⁊ hoc est illud qđ non est ꝑuum nʒ contractū et nʒ est cortex e⁹ grossus imo est ex illo qđ dr̄ grauis ponderis ⁊ eligatur de eo magnū et sanū et baurach. Fiat ergo medicina ad illum c⁹nā retinetur cū baurach dcō̄ nitrum naurnacō̄ ⁊ est rubeuʒ ⁊ qum feceris ipam ad illuʒ c⁹ nā ē soluta admisrabis baurach aliud ⁊ sit illud qđ de eo ꝓijcies medietas q̄titatis uniuscuiusq̄ medicinaꝝ quas dixim⁹ ⁊ folia rute iterum. Sint ergo sicca cū mensura ⁊ illud iō qm̄ si exiccentur uehemēter sunt calide cōplōnis ⁊ est calefactio eoꝝ ultra mensurā ⁊ si non exiccantur uehemēter remanet in eis humiditas sup̄flua que nō consequitur ultimatiōm digōnis q̄ꝑ non destruit eius inflatio in aliquo. ¶ Et iste quattuor spēs qn̄q̄ permiscētur cū melle dispumato. ⁊ qn̄q̄ non ꝑmiscentur cū aliquo et reseruātur per se absq̄ melle. ¶ Cum ergo ipe sūt necessarie ꝓijciūtur in aqua ordei aut in cibo alio conueniente. ⁊ hec medicina sumitur sola añ cibū ⁊ p⁹cibum ⁊ illa que ꝑmiscetur cū melle dispumato est magis conueniens in hac dispōne ⁊ illud iō qm̄ ipa destruit inflā matiōm oīoꝝ ⁊ oʒ iterum ut sit mel bonū qū non sit necessariū ut sit hec medicina nisi fortis in resoluendo uētositatem et euacuet cū fortitudine. ⁊ oʒ ūt scias iteruʒ q̄ qn̄ uis ut sit e⁹ eūo plus sit contritio medicinaꝝ non subtilis sed grossa ⁊ illud iō qm̄ scio hoiem qui contriuit hanc medicinā cōtritione ultima qm̄ non sciuit illđ qđ ego dixi q̄ non soluit nām oīo immo prouocauit fortiter ⁊ uenit ad nos mirans ⁊ querēs de cā in hoc ⁊ illud iō qm̄ ipe existimabat q̄ in corpore illius uiri eēt ꝓp̄etas que esset cā in hoc quđ accit. Postq̄ ergo feci scire eū q̄ cā in illo esset dispō compōis eius tunc composuit eam ꝓo sicut precepi ei et completa est eius opꝰ ⁊ oportet ut seruetur hic determinatio in compositione reliquarum medicinarum.

ELectuariuʒ ad subulitīf et est aggregatōis qđ est cōueniens ad frītatem stōi uehemētis frigoris ⁊ eructuatōm acetosā ⁊ appetitū caninū ⁊ singultū qui fit ex replōne chimoꝝ grossorum ⁊ phlaticoꝝ ⁊ febres antiquas que fiunt ꝑꝑ frigus ⁊ malitiā digōnis. c⁹ꝑmistio hec ē. ℞. cymi infulsi i aceto exiccati sextaria xv. pip̄is ⁊ zinziberis ⁊ rute sicce ⁊ baurach omniū añ ʒ. xx. terantur ⁊ conficiantur cū melle dispumato ⁊ administretur.

ELectuariū de calamēto fluuiali descriptione B. ℞. calamēti fluuialis ⁊ cāpestris ⁊ petrosellini oīum ana. ʒ. xij. zinziberis aur. vi. seminis apij ⁊ capitū albasce amboum ana aur. iiij. keisim aur. xv. piperis aur. xlviij. siseleos aur. v. Tere ⁊ cōfice cū melle dispūato.

ELectuarium de myrto conferens ad solonem nature ⁊ uomitū phlatis ⁊ humiditatis ⁊ malitiam digōnis que est ex stō. c⁹ꝑmistio hec est. ℞. granorum myrti bonoꝝ siccoꝝ eminā. i. myrobalanoꝝ nigrorum ⁊ belliricorum ⁊ emblicoꝝ ⁊ talassir omniū ana. ʒ. xx. leucopiperis ⁊ macropiperis ⁊ zinziberis omnium ana. ʒ. x. masticis ⁊ cordumeni ⁊ carui ⁊ anisi ⁊ cymi ⁊ spice ⁊ casie ⁊ cardamoni ⁊ costi omniū ana. ʒ. vi. nucis muscbate ⁊ seminis apij ⁊ ameos omniū ana. ʒ. v.

folij indi ⁊ amōi amboꝝ ana. ʒ. iiij. tere ⁊ confice cum melle dispumato ⁊ dosis sit. ʒ. i.

ELectuariū sicut alcanzi est bonū. c⁹ hec est permistio. ℞. granoꝝ myrti keiliati. ʒ. s. spice. ℥. iij. nucis muscbate cū cortice suo lb. s. gariofiloꝝ ⁊ cardamoni ⁊ anisi torrefacti ⁊ seminis apij torefacti ⁊ ulnee omniū ana. ℥. ij. macis. ℥. i. s. casie. ℥. iiij. myrobalanoꝝ kebuloꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ omniū ana. ℥. iij. macis. ʒ. i. s. bulliant medicine cū uino odorifero feruore uno deinde exiccentur ⁊ bulliant ebullitōe cū aqua cydonioꝝ ⁊ exiccentur super frixorium calidū ⁊ terant ⁊ inuoluantur miua ⁊ sit dosis aur. iij. aut. ʒ. iij. cū sirupo cydoniorum.

ELectuarium almutaguachil relatum salomoni qđ cōfortat stōm ⁊ confert ad malitiā digōis. ⁊ est illđ qđ in potu dabat israhelita mutaguachil qm̄ est bonū ⁊ exꝑtum. c⁹ hec est permistio. ℞. spice ⁊ gariofilorum ⁊ cinamomi ⁊ nucis muscbate ⁊ cardamoni ⁊ galie bone omniū ana aur. i. pip̄is albi ⁊ zinziberis ⁊ castorei omniū ana. ʒ. ij. turis albi masculi aur. iiij. zuccari tabarzet quantū sunt medicine cōmisceantur medicine cuʒ zuccaro ⁊ conficiantur cū melle dispumato ⁊ sit dosis eius aur. iij.

DIacyminū aliud conferens ad dolores uētris cōmotos a frītate ⁊ ad febreʒ quartanā ⁊ ad appetitū caninū ⁊ febres phlaticas ⁊ melicas ⁊ ad phla plīmū qđ accit senibus ⁊ ad uehemētiam frigoris qđ accit in stō ⁊ ad eructuatiōm acetosam ⁊ ad sputū qđ fit ex multitudine sifluitatum phlaticaꝝ. c⁹ doš sit sicut galla cuʒ aqua calida. c⁹ꝑmistio. ℞. cymi infusi in aceto die ⁊ nocte torrefacti ⁊ rute sicce ⁊ zinziberis ⁊ piperis oīum ana sextaria decem ⁊ baurach armeni. ʒ. x. conficiatur cum melle dispumato.

ELectuarium diacyminū aliud. ℞. cymi recentis boni. ℥. vij. infundatur i aceto uini die ⁊ nocte deinde extrahat ⁊ ꝓijciatur sr̄ coriū rubeum ⁊ moueatur ⁊ qn̄ exiccatur torrefiat torrefactione leui cum igne ⁊ pip̄is. ℥. iij. zinziberis fini. ʒ. iiij. baurach armēi ʒ. ij. cōmisceantur ⁊ conficiantur cum melle.

DIapipereon faciens ad frigora ⁊ humorē crudum ⁊ dolorem stōi ⁊ malitiā digōis ⁊ uentositates grossas ⁊ eructatiōm acetosā ⁊ appetitū caninum. c⁹permistio est ut sumātur leucopip̄is ⁊ melanopip̄is ⁊ macropip̄is omniū ana. ℥. iij. ⁊ in descriptione alia. ℥. ij. ⁊ xilobalsami. ℥. i. ⁊ amōi ⁊ spice amboꝝ ana ʒ. iiij. ⁊ zinziberis ⁊ seminis apij ⁊ siseleos ⁊ casie ⁊ assari ⁊ enule omniū ana. ʒ. i. Tere ⁊ cribella ⁊ confice cum melle dispumato. dosis eius pondus. ʒ. ij. cum aqua tepida in ieiuno.

ELectuariū alkendedicon ualēs ad dolorē stōi ⁊ epatis frī ⁊ debilis generantis uentositates grossas. c⁹permistio. ℞. zinziberis ⁊ piperis ⁊ spice odorifere oīum ana. ʒ. vi. masticis ⁊ ameos amboꝝ ana pondus. ʒ. iiij. seminis apij ⁊ meu ⁊ su omniū ana. ʒ. v. cymi carmeni ⁊ casie ⁊ carpobalsami ⁊ piretri omniū ana pondus ʒ. ij. folij indi pondus. ʒ. i. Aggrega has medicinas tritas ⁊ cribellatas ⁊ confice cum melle dispumato ⁊ repone in uase ⁊ utere qū necesse fuerit.

ELectuariū alcanzi acens ad soonem uentris ⁊ ad malitiam digōnis ⁊ debilitatē stōi ⁊ frigus eius. c⁹ hec est permistio sumātur costi ⁊ cinami ⁊ spice odorifere ⁊ carpobalsami ⁊ casie omniū ana. ʒ. x. nucis muscbate. v. numero cardamoni ⁊ gariofiloꝝ ⁊ anisi

ꝛ meliloti ꝛ capsie inde omniū ana pondus.ʒ.iiij.aristologie ꝛ usnee āborū ana.ʒ.ij.ciperi ꝛ zinziberis amborū ana pond⁹ sextarioꝝ.x.calami aromatici ꝛ pipis ꝛ macropipis omniū ana pōdus.ʒ.v.myrobalanoruz nigroꝝ enucleatoꝝ sextaria.ij.bellirici enucleati.x.numero granoꝝ myrti kaficius semis bonoꝝ seburi. Aggrega has medicinas tritas ꝛ cribellatas ꝛ cōfice cuz melle de arūdibus zuccari ꝛ repone i uase ꝛ utere qū necesse fuerit p⁹ duos menses.

DEscriptio electuarij alcanzi alia ꝯferēs ad debilitatē epatis ꝛ stōi ꝛ frigus amboꝝ ꝛ ad solutionē uētris ꝛ malitiā digōis ꝛ ꝯfert illis sup quos timet aqua citrina ꝛ ē bonuz spleni ꝓuocās urinam. c⁹ hec ē ꝑmistio.℞.costi ꝛ cinami ꝛ spice ꝛ carpobalsami ꝛ casie oium ana.ʒ.x.ꝛ de nucibus muscbatis nuces.v.ꝛ cardamomi ꝛ gariofi.ꝛ anisi ꝛ meliloti ꝛ capsie ꝛ neremisch omniū ana.ʒ.iiij.macis pōdus.ʒ.ij.ꝛ burungi kebuli.ʒ.viij.ꝛ reusini ꝛ aristologie lōge et usnee omniū ana pond⁹.ʒ.v.myrobal.nigroꝝ ꝛ kebulorū ana sextaria.ij.ꝛ de bellíricis bellirici.x. ꝛ granoꝝ myrti q̄tū ē pondus medicinaꝝ omniū. Terāt sicut alcohol ꝛ cōficiant cuz melle tabarzet.dos eius sicut galla cū aqua frigida. Et in descriptōe alia zinziberis sextaria.x.

ELectuariū alkeifin dictū electuariū ābre. Et hoc electuario usi fuerūt reges greiie. Et hoc confert ad egritudines frigoris ꝛ ꝓprie renū ꝛ addit in desiderio coit⁹ ꝛ ualet ad palysiz ꝛ tortură ꝛ tremorē ꝛ pulsum cordis ꝛ addit in recordatōne ꝛ sensu ꝛ exiccat hūitatē stōi ꝛ facit digōnē eē bonā ꝛ ē ex eis q̄ ꝯueniūt senib⁹.c⁹ ꝑmistio ē hec.℞.cardamōi maioris ꝛ mioris ꝛ macis omniū ana pond⁹.ʒ.iiij.zinziberis ꝛ macropipis amboꝝ ana sextaria.ij.cinnamomi.ʒ.iiij. usnee pondus.ʒ.ij.cinami pōdus.ʒ.i.gariofiloꝝ ꝛ croci omniū ana pond⁹.ʒ.x. nucis muscbate pond⁹.ʒ.v. Et in quibusdā descriptionibus nuces.v.spice odorifere ꝛ masticis ꝛ ambre omniū ana pōd⁹.ʒ.ij. muschi pondus.ʒ.i.seis hyusquiami albi ꝛ opij āborū ana pōdus.ʒ.i.olei balsami pond⁹.ʒ.vi. Aggrega has medicinas tritas ꝛ cribellatas ꝛ infūde opiū i mensura fa craiati.i.de uino bono ꝛ cōfice cū melle dispūato ꝛ utere post sex mēses ꝛ liquefac ambrā cū oleo balsami ꝛ adbibeat de oleo alben q̄titas qua oīa ꝛuoluantur.

ELectuariū alsebereben cōferēs ad frig⁹ epatis ꝛ stōi ꝛ aq̄ citrinā ꝛ cholam nigrā ꝛ ē soluens uētrem.c⁹ hec ē ꝑmistio.sumāt capsie inde ꝛ zinziberis ꝛ pipis ꝛ cinami ꝛ cardamōi minoris ꝛ gariofilorum ꝛ pireiri ꝛ folij indi ꝛ amili de tritico ꝛ masticis ꝛ cardamōi maioris ꝛ cinamomi ꝛ spice ꝛ casie ꝛ seis apij ꝛ aneti ꝛ ameos ꝛ seis feniculi ꝛ anisi omniuz ana.ʒ.vi.epithymi cretensis ꝛ turbit amboꝝ ana.ʒ.xij.scamonee.ʒ.x.zuccari tabarzet pondus.ʒ.xx. Aggrega has medicinas tritas ꝛ cicotrigonizatas ꝛ cōfice cū melle tabarzet dispumato ꝛ utere qū necesse fuerit.

ELectuariū diaphinicō ē electuariū proprij iuuamenti in colica resoluens eā ꝛ confert ad humorē crudū ꝛ frigora ꝛ ad difficultatē urine. c⁹ hec ē ꝑmistio. Sumat baurach armeni cymi carmeni ꝛ petroselini ꝛ zinziberis ꝛ piperis albi omnium ana pondus.ʒ.xxij.scamonee pondus.ʒ.v.dactilorum beiron mundatorum ex nucleis ꝛ amigdalarum excorticatarum ex duabus corticibus ꝛ foliorum rute omniū ana pondus.ʒ.x. Aggrega has medicinas omnes tritas ꝛ cicotrigonizatas ꝛ infunde dactilos in aceto uini die ꝛ nocte ꝛ tere bene ꝛ ꝑmisce cū medicis ꝛ cōfice cum melle dispumato ꝛ utere qū necesse fuerit.

DIaphicō aliō.℞.dactilorū beiron ablatis nucleis.c.nūero ꝛ infunde eos in aceto die ꝛ nocte ꝛ ꝯfrica manibus ꝛ cola ꝛ rute sicce ꝛ zinziberis āboꝝ an̄.ʒ.xiij.ꝛ pipis albi.xiij.nūero ꝛ baurach armēi pondus.ʒ.v.ꝛ de amigdal excorticatis ex duob⁹ corticibus.c l.numero ꝛ scamonee pondus.ʒ.xv.ꝛ turbit pondus.ʒ.xx.. Tere ꝛ cribella ꝛ ꝯmisce cum melle.

DIapbicon aliud qō confert ad febres ꝛ alia ꝛ potat in estate ꝛ hyeme ꝛ soluit sine inquietudine.c⁹ hec est ꝑmistio.℞.zinziberis pipis albi āboꝝ ana.℥.i.scamonee.℥.ij.ſ.tamarindi beiron mundatoꝝ ex nucleis aut firen ꝛ amigdalarū dulciū excorticataꝝ a duobus corticibus ꝛ foliorū rute omniū ana.℥.iiij. Tere medicinas ſm singularitatē suam ꝛ infunde dactilos in aceto uini ꝛ terant ꝑ se ꝛ colentur ꝛ terant amigdale iterū per se ꝛ misceant omnia post illō ꝛ cōficiant cū melle dispūato ꝛ sit dos.ʒ.ij.

ELectuariū cabrosius muschatum faciēs ad uētositatē ꝛ hemorroiadas ꝛ hūorez crudū ꝛ cōfortat stōum ꝛ adiuuat ad desideriuz coitus ꝛ clarificat colorem ꝛ calefacit renes ꝛ confert ad uentositates mēicis ꝛ fluxum qui fit ex hemorroidib⁹.c⁹ hec ē ꝑmistio.℞.myrobalanorū citrinorū myrobal.kebulorū ꝛ capsie ꝛ seminis apij omniū ana.ʒ.vi.belliricorū ꝛ emblicorū ꝛ ameos ꝛ tuderei rubei ꝛ albi ꝛ macropipis ꝛ sisami excorticati omniū ana pond⁹.ʒ.iiij.cinami ꝛ spice ꝛ nucis muscbate ꝛ zinziberis ꝛ alfulfulimō omniū ana.ʒ.viij.girbue ꝛ costi ꝛ casie ꝛ gariofiloruz ꝛ macis ꝛ galange ꝛ neremisch omniū ana.ʒ.vi.ciperi pondus.ʒ.x.ꝛ muschi pondus aur.ij.ꝛ ambre aur.i.ꝛ scorie ferri nutrite q̄tum ē pondus medicinarū oium et butyri sextaria.x.conficiatur cū melle dispumato ꝛ sit dos pondus.ʒ.ij.cū lacte uaccino concusso et sublato butyro aut cū uino passo bono duab⁹ hebdōodis

ELectuariū de ture.℞.turis pondus.ʒ.lx.piperis et macropipis amboꝝ ana.ʒ.x. zuccari.ʒ.lx.zinziberis.et galange amboruz ana.ʒ.xij.nucis muschate et gariofi.et girbue omniū ana.ʒ.v.muschi boni.ʒ.v.teratur unū quodq̄ eorū per se et cribletur et conficiantur cum melle.

ELectuariū altalisafar faciens ad frigus stōi et uentositates grossas in stō et epate.c⁹ ꝑmistio ℞.talisafar pondus.ʒ.v.zinziberis pondus.ʒ.xx.piperis pondus.ʒ.xij.beil et cīnami amboꝝ ana pond⁹.ʒ.vij.zuccari tabarzet.lb.v. Aggrega has medicinas tritas et cribellatas et repone in uase et utere.

ELectuarium episcopi.℞.scamonee antiochen̄ et turbit concaui albi amboꝝ ana aure.v.piperis et cardamōi amborū ana aure.iij.zinziberis et cinnamomi et emblicorū et gariofi.et polypodij et nucis muschate omniū ana aur.ij.ſ. Et in descriptione alia scamonee et turbit amboꝝ ana aur.iij. Tere et cicotrigoniza et proijce super ea.lb.i.zuccari contriti et confice cū melle c⁹ dosis integra sit aure.iij.

TRifera de scoria ferri magna faciens ad uētositates hemorroidarū et mollificationē uesice et stōi et addit in desiderio coitus et calefacit stōum. cuius hec ē permistio.sumat myrobalanorū nigrorū et belliricorū et scirēblegi ablatis nucleis et capsie inde et seminis apij et ameos et origani pisici omnium

ana.℥.i.spice odorifere et amomi et beil et acori oīuz
ana.ʒ.iij.cinnamomi pondus.ʒ.iiij.piperis et macro
piperis et piretri et salis indi omniū ana.℥.ss.sinapis.
℥.i.ss.salis āmoniaci pondus.ʒ.ss. scorie ferri pondus
ʒ.iij.Aggrega has medicinas tritas et cicotrigoniza
tas et confice cū melle dispumato et butyro uaccino
q̄tum sufficit et utere.

TRifera minor faciens ad mollificationē stōi et
hūitatem eius et uentositates hemorroidarum
et colorem efficit bonū.c⁹ hec ē permistio.Sumantur
myrobalanorū kebulorū ⁊ scirēblegi ⁊ belliricorū ab
latis nucleis omniū partes equales inuolue cū buty
ro uaccino et confice cum melle dispumato et repōe
in uase et utere.

ELectuariū anacardinū cōueniens ad dolorem
stōi antiquū ⁊ frigus ⁊ obliuionē ⁊ facit bonum
eē colorem ⁊ subtiliat cogitationē ⁊ sensū ⁊ ē electua
riū sapientū et dī q̄ ē salomōis.c⁹ hec ē p̄mistio.℞.pi
peris ⁊ macropipis myrobalanorū nigrorꝫ ⁊ bellirico
rū ⁊ emblicorꝫ ⁊ castorei omniū ana.ʒ.iiij.costi ⁊ ana
cardi ⁊ burungi ⁊ zuccari tabarzet ⁊ baccarꝫ lauri om
niū ana.ʒ.xij.cipi.ʒ.viij.Tere anacardos solos bene
⁊ tere medicinas ⁊ cribella et bulli butyrū uaccinū et
mel cū equalitate et p̄iice super ea medicinas et coa
gula et utere post sex menses dosis eius.ʒ.ij.cū aqua
decoctionis apij et feniculi ⁊ seruet se a laborī ⁊ angu
stia ⁊ ira et uino plurimo ⁊ coitu ⁊ comedat ius issifide
begi subtile.

ELectuariū alfangius qđ est iuuamētū ad mol
lificationē stōi et uentositates hemorroidarū
et corruptionē ꝯplonis et feditatē coloris et addit in
coitu.c⁹ hec est p̄mistio.℞.myrobalanorꝫ belliricorū
et scirēblegi ablatis nucleis et piperis et macropipis
⁊ zinziberis ⁊ cipi ⁊ capsie inde ⁊ spice omniū ana.ʒ.
x.seis aneti ⁊ seminis porri amborꝫ ana pondus.ʒ.iiij
scorie ferri trite infuse in aceto uini.xiiij. dieb⁹ exicca
te torrefacte.ʒ.c.Aggrega has medicinas tritas et ci
cotrigonizatas ⁊ confice cū melle dispumato ⁊ butyro
uaccino q̄tū necesse ē ⁊ repone in uase ⁊ utere p⁹ sex
menses.⁊ sit dosis eius pond⁹.ʒ.ij.⁊ ponātur in eo ite
rum de muscho.ʒ.ij.

FAngius aliud cū muscho etiā qđ confortat sto
machū ⁊ calefacit ip̄m ⁊ confert ad hemorroi
das ⁊ addit in coitu ⁊ est expertū.c⁹ hec ē p̄mistio.℞
myrobalanorꝫ kebulorꝫ ⁊ belliricorꝫ ⁊ emblicorū ⁊ pi
peris ⁊ macropipis ⁊ zinziberis ⁊ cymi ⁊ seis aneti ⁊
seminis apij ⁊ seminis porri ⁊ seis eruce ⁊ semis napi
⁊ seminis baucie ⁊ alfeleniati ⁊ rosarū rubearū ⁊ casie
⁊ ciperi ⁊ cinnamōi ⁊ gariofilorꝫ ⁊ nucis muscbate oī
um ana.ʒ.i.macis ⁊ beil ⁊ cardamōi ⁊ galie ⁊ xiloalo
es crudi ⁊ muschi omniū ana.ʒ.ij.granorū nasturtij al
bi.℥.iij.scorie ferri q̄tū sunt medicine teratur ⁊ cōfici
atur cum melle dispumato.

FAngius aliud.℞.capsie inde ⁊ zarub ⁊ talisa
far ⁊ beil ⁊ myrobalanorꝫ nigrorū ⁊ belliricorꝫ
⁊ myrobalanorꝫ citrinorū ⁊ casie ⁊ gariofilorꝫ ⁊ carpo
balsami ⁊ granorum almahaleb omniū ana aure.vi.m̄
te ⁊ feleniati ⁊ zedoarie ⁊ doronigi ⁊ pipis lōgi ⁊ em
blicorū omniū ana aur̄.iiij.cinamomi ⁊ cinami ⁊ spice
⁊ nucis muscbate ⁊ costi ⁊ zinziberis ⁊ fulfulimon om
niū an̄ aur̄.viij.cipi aur̄.x.zuccari aure.xvi.scorie fer
ri eminā.i.muschi.ʒ.ss.conficiat̄ cū melle dispūato.

ARs scorie decocte que cōfert ad frigora ⁊ do
lorē dorsi ⁊ corruptionē menstruorū ⁊ hemor
roidarū ⁊ clarificat colorē ⁊ facit appetere cibū et dē
struit hūorem crudū ⁊ infl̄ationes ⁊ confortat stōum
⁊ mēices ⁊ uesicam.c⁹ hec est p̄mistio.℞.semis apij et
seminis feniculi ⁊ anisi ⁊ petroselini ⁊ dauci ⁊ seminis
baucie ⁊ seis porri ⁊ seminis cepe ⁊ seis napi ⁊ semis
rhaphāi ⁊ seminis alrotab ⁊ ameos ⁊ semis urtice et
granorū uiridiū ⁊ aniudē et seis aneti et piperis et se
minis lini et cymi et coriandri omniū ana pond⁹.ʒ.iij.
⁊ zedoarie et doronigi et beē albi et rubei et sandali ru
bei et albi et nucis muscbate et macis et cīnamomi et
galange et zinziberis et pipis et ciperi et spice et sisim
brij omniū ana.ʒ.iiij.et myrobalanorū belliricorꝫ ⁊ em
blicorū et gest glandiū et corticū radicis capparis oī
um ana.ʒ.x.capsie et usnee et assari et blacte bizantie
et calami aromatici et lingue auis et neremisk p̄sici et
cardamomi et girboe et sandali et cinami et nucis mu
scbate omniū ana.ʒ.v.et nucis enden et nasturtij et ke
iati et rosarū siccarū et marmacor et corticū turis et
mente et calamēti omniū ana.ʒ.vij.et scorie albassari
calefacte et extincte in uino odorifero multotiēs s̄cđz
mensurā medicinarum omniū decoquatur cū uino pō
tico donec ingrossetur et auferat̄ ab igne et colet̄ ⁊ de
tur de eo in potu q̄titas.ʒ.i.in ieiūo dū est tepidum ⁊
comedat post mediū diem issidebegiati cū carne capri
na et bibat uinū purum hebdomoda una aut duabus
hebdomodis.

DEscriptio alia de scoria ferri cōueniens ad fri
gus stōi et hemorroidas. c⁹ p̄mistio.℞.myro
balanorꝫ kebulorꝫ et belliricorꝫ et emblicorū et radicū
lilij et zinziberis et xiloaloes crudi et nucis muscbate
et galie et rosarū et spice et squinanti et masticis oīuz
ana.ʒ.x.muschi.ʒ.i.limature acuū infuse in uino odori
fero septem dieb⁹ et sumat̄ et teratur et torrefiat sup̄
frixorium ferri et misceatur cū medicinis et inuoluat̄
oleo de amigdal̄ dulcibus et conficiatur cū melle di
spūato c⁹ dos̄ sit aur.ij.cū uino odorifero.

DEscriptio alia de scoria ferri cōueniens ad dē
bilitatem stōi cal̄i que.℞.myrobalanorū kebu
lorū et belliricorū et emblicorum et radicū lilij et rosa
rū rubearum et squināti omniū ana.ʒ.x.scorie ferri q̄
tum oēs medicine infundat̄ scoria septē diebus in ace
to et coletur ab eo et frigatur sup̄ frixoriū et conficiat̄
cū melle tabarzet et sit dos̄.ʒ.ij.ss.cū sirupo de malis.

SCoria ferri decocta cōueniens ad debilitatem
stōi et caliditatē ꝯplonis. c⁹ mistio hec ē.℞.sco
rie ferri de bassari et myrobalanorꝫ nigroruz et belliri
corū et emblicorum et rosarū et balaustiarū et squinā
ti omniū partes equales bulliant cum uino et dentur
in potu de eo.℥.iij.

ELectuariū diacydoniten retinens̄ nām ex solu
tione uentris ex debilitate stōi et uomitu ⁊ ma
litia digōnis et facit colorem eē bonū.cuius hec ē per
mistio.Sumant̄ cydoniorꝫ excorticatorꝫ mundatis in
terioribus et mellis dispumati amborꝫ ana.lb.ij.pipe
ris et macropiperis et zinziberis omniū ana.ʒ.v.beil
pondus.ʒ.viij.cardamoni et gariofilorꝫ et spice odori
fere et cinnamomi et croci omniū ana pōdus.ʒ.ij.Ag
grega has medicinas tritas et cribellatas ⁊ sume cy
donia et decoque cū aceto uini bōi.Et de medicis sūt
quidā qui decoqunt ea cum uino et ip̄m est radix dei
de remoue ab igne et cola et dimitte donec currat ab
eis aquositas hūiditatis et tere bñ et sume mel ⁊ ꝯmis
ce cū eis et decoque cum igne leui et moue paulatim

donec fere coaguletꝰ et cōmoue donec equentur et destruatur aquositas cydoniorum ab eis deīde remoue ab igne et pulueriza sup ea medicinas et cōcute dōec equētur et ꝓijce sup tabulā marmoris aut mensā planam inunctā oleo rosaceo aut oleo sisamino et dilata super eā dilatatōne equali et dimitte duobus diebus aut tribus donec exiccetur et induretꝰ et incide cū cultello in frusta quadrata et sit frustum pondus aur.iij et ponatur gradatim ī folijs citri et ligetꝰ et reponatur et admistretꝰ qū necesse fuerit. Et de medicis sunt q̄dam qui ponunt in ipso pondus.ʒ.ij.muscbi.

ELectuarium diacydoniten solutiuum uentris qđ cōfert ad colicā et exiccat supfluitates corporis.℞.cydonioꝝ excorticatoꝝ mundatis interiorib⁹.lb.i.et mellis dispumati.lb.ij.zinziberis et macropipis amboꝝ ana.ʒ.iiij.cinamomi pōdus:ʒ.iij.beil et cardamōi et croci oīum ana.ʒ.iij.masticis pōdus.ʒ.v scamonee pond⁹.ʒ.x.turbit albi boni pondus.ʒ.xxx. Aggrega bas medicinas tritas et cribellatas et decoque cydonia cum uino et fac de eo sicut factum ē de diacydoniten retentiuo et ꝑperetꝰ sicut ē illius ꝑpatō et reponatur in uase et admistretꝰ.cuius dosis sit aur.iiij.cum aqua calida.

DEscriptio alia diacydoniten laxatiui. Sumatur cydoniū boni odoris ⁊ induatur sup ipm deforis fermentū et assetur ⁊ sumātur de carne ei⁹.ʒ.iiij.pipis ⁊ zinziberis amboꝝ ana.ʒ.ij.scamonee pōd⁹ ʒ.i.Teratꝰ ⁊ ꝯficiatꝰ cū mlle c⁹dos sit pōd⁹.ʒ.i.cū uino

ELectuariū diacydoniten factum cū succo cydonioꝝ qđ confert ad destructionē appetitus ⁊ ad eū qui nō digerit cibū suū faciēs ad illū c⁹epar ē debile ⁊ stringit stōum. Sumantꝰ cydonia magna mūdata intus ⁊ foris ⁊ terantꝰ ⁊ exprimātur ⁊ sumantꝰ đ aqua coꝝ kist.ij.romani ⁊ misceatꝰ cū ea mellis dispūati q̄ntū ipsa est ⁊ aceti de uino kist.i.s. ⁊ decoquatꝰ sup ignē leuē ⁊ auferatꝰ spuma ei⁹ ⁊ sumantꝰ zinziberis.℥.iij.pipis albi.℥.ij.terantur ⁊ ꝓijciantꝰ desup ⁊ coagule tur sicut cōueniēs ē electuario:hoc nāqȝ cōfert ei cui⁹ epar ē debile ⁊ oȝ ut sumatꝰ ꝫm plm ante cibū duabus horis aut tribus ⁊ nō nocet si accipiatꝰ post cibū. Qđ si tu feceris hāc medicinā ei in c⁹ stō ē calitas aut i c⁹ stō est chola aut quocūqȝ mō sit oȝ ut ꝓijcias ab ea piper ⁊ zinziber ⁊ admistres aquā cydonioꝝ ⁊ mel ⁊ acetū tm̄ ꝫm quātitatē mensure quā diximus. Et si feceris eā illis quorū ꝯplones sunt medie ita ut nō aggregetur in eis supfluitas chole neqȝ supfluitas phlatis ꝓijce in eā medietatē q̄ntitatis quā dixim⁹de zinzibere ⁊ pipe.s.ut proijcias in eā pipis.℥.i.⁊ zinziberis.℥.i.s. Et si feceris eā illis in quoꝝ stōis aggregatꝰ phla pōe duplū q̄ntitatis quā diximus:ponetꝰ enim in ea zinziberis.℥.vi.⁊ pipis.℥.iiij.cuius dosis sit.℥.i.s.

ELectuariū diacydoniten qđ facit appetere cibum ⁊ cōfortat stōum.sumantꝰ succi cydonioꝝ lb.iij.mellis.lb.iij.aceti fortis.lb.ij.decoquātur super prunas ⁊ auferatꝰ spūa eius ⁊ sumantꝰ zinziberis.ʒ.vi.piperis albi ⁊ nigri ⁊ macropipis ana.ʒ.iij.cinamōi ʒ.ij.xiloaloes crudi.ʒ.iij.Terantꝰ ⁊ cōmisceantꝰ cum melle ⁊ aqua cydonioꝝ ⁊ aceto ⁊ coquatꝰ donec coaguletur.cuius dosis sit cocbliarium.i.ante cibū ⁊ expectet super ipsum duabus horis.

ELectuariū indū faciens ad colicā ⁊ dolorem iuncturarū ⁊ podagrā ⁊ dolorē dorsi.c⁹ hec ē ꝑmistio:℞.scamonee aur.x.girboe ⁊ cardamōi ⁊ zinziberis ⁊ cinamomi ⁊ cinami ⁊ neremisch ⁊ gariofiloꝝ ⁊ pipis omniū ana aur.v.⁊ turbit aure.c.zuccari aur.c.Tere bas medicinas sitꝰ ⁊ cribella ⁊ ꝯfice cū melle.

ELectuariū regū ⁊ ē medicina āni que sumitur anno integro oī die. Eius igr̄ acceptio rectificat suscipientē se usqȝ ad finē uite sue precepto dei ⁊ q̄ assiduat ipam nō uidet egritudinem in corpore suo q̄ non sanetꝰ ⁊ neqȝ canescit nisi q̄ntū factus ē canus ante eius acceptionē. Et ē medicina regū qui ꝫm ꝙ narratur cū ea medicati fuerūt ualēs ad fistulas nigras ⁊ albas ⁊ rubeas ⁊ ad cursum cholericum ⁊ frigora ⁊ pulsationem cordis ⁊ iuncturarū ⁊ abstergit uisum et colorem ⁊ multiplicat coitū ⁊ non est ei malitia ⁊ nō abstinet sup eam utēs ea.c⁹ ꝑmistio est hec. Sumantꝰ myrobalanoꝝ nigroꝝ ⁊ belliricorum ⁊ emblicorum oīuȝ ana aure.vi.nigelle aure.xxxiiij.leucopiperis ⁊ āmōiaci ⁊ macropipis ⁊ zinziberis ⁊ fulfulminue omnium ana aure.ij.cubebe ⁊ anacardi amboꝝ ana aure.vi.tere unūqđqȝ per se ⁊ cribella ita ut nihil remaneat ⁊ ꝑueniat ꝫm suā diuisionem ⁊ quod narrauim⁹ de ponđribus ꝑmisce ergo ea deinde accipe aure.dc.penidiorū sabakir ⁊ pōe in patella aut uase mundo ereo ⁊ accende sub eo ignem leuē ⁊ aspge super ipas aliq̄d aq̄: ita ut liquefiant penidij. Qñ ergo liquefacti sūt ⁊ bulliunt tunc ꝓijce super eos hec cōmista ⁊ moue ea tam diu donec optime cōmisceantꝰ ⁊ aufer ea ab igne ⁊ dimitte ea donec tepescāt deinde fac de eis formas auellanis similes quaꝝ unaqueqȝ sit aur.ij.⁊ quarte ⁊ iunge manum tuā oleo aut butyro uaccino deinde bibe de eo omni die formam unā similē auellane cū aqua frigida ⁊ ipsum est dominus medicinarum.

ELectuarium masuachoien faciēs ad podagrā ⁊ dolorem dorsi ⁊ omnes egritudines frigidas c⁹ hec est ꝑmistio.℞.scamonee ⁊ cinamomi ⁊ capsie ⁊ zinziberis omniū ana.ʒ.viij.pipis.ʒ.vi.cardamōi ⁊ gariofiloꝝ ⁊ seminis apij ⁊ ameos omniū ana.ʒ.ij.s.masuachoien.ʒ.iij.tere et confice cum melle.cuius dosis sit.ʒ.iiij.aut.ʒ.ij.cum aqua tepida.

ELectuariū de sisamo.℞.sisami excorticati ⁊ cymī carmeni ⁊ zinziberis omniū ana.ʒ.x.macropipis ⁊ piperis amboꝝ ana pondus.ʒ.v.cinamōi pondus.ʒ.ij.cardamomi ⁊ beil amboꝝ ana.ʒ.iij.⁊ zuccari tabarzet.ʒ.lx. Aggrega bas medicinas tritas et repone in uase et utere.

ELectuarium de granis uiridibus qđ facit ad hemorroidas ⁊ frigus stōi ⁊ malitiā digōnis ⁊ solonem uētris.c⁹ permistio.℞.granorum uiridiū ⁊ mellis anacardi ⁊ sisami excorticati omniū ana sextaria.vi.zuccari tabarzet sextaria.xxiiij.myrobalanoꝝ kebulorū ⁊ belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ ablatis nucleis ⁊ ziziberis ⁊ macropipis ⁊ burūgi ⁊ folij indi ⁊ capsie omniū ana pondus.ʒ.iiij.confice bas medicias cū melle dispūato ⁊ butyro uaccino et utere p⁹ sex menses.dosise ius pondus:ʒ.ij.cū lacte uaccino coocusso. In cibo āt sit rizi đcoctū cū lacte dū ꝑseuerat accipiēs ipȝ

as et utere eis quū neceſſe fuerit.

¶ Tractatus decimus de oleis.

Sermo nī in hac ſūma de oleis eſt ſm no
ſtram conditionem.

Oleū nardinū.Eius quidē iuuamēta ſt̄ mt̄
ta ⁊ eſt de nobilioribus oleis ꝯferens ad
oēm dolorē qui fit ex frītate in uētre ⁊ uē
toſitatē intrinſecā ⁊ ſedat dolores auris frōs ⁊ remo
uet eos ⁊ aufert dolorē capitis ⁊ emigraneā facto caꝑ
purgio ex eo ⁊ colorē efficit bonū ⁊ aufert colicā ⁊ pū
ctiōm uentoſam ⁊ cōfert ad dolores eaꝝ ⁊ ſedat dolo
rē epatis ⁊ uentris ⁊ calefacit matricē ⁊ inicit̄ in fora
mē uirge ⁊ cōfert renib⁹ ⁊ ueſice ⁊ ad mollificatiōꝫ ue
ſice.c⁹hec eſt ꝑmiſtio.Sumant̄ calami aromatici ⁊ ci
peri ⁊ folia lauri ⁊ xilobalſami ⁊ folij indi ⁊ enule ⁊ ſa
uine ⁊ ſq̄nanti ⁊ myrti ⁊ cordumeni ⁊ ſanſuci oium a
na.ʒ.ij.terant̄ cōtritiōe groſſa ⁊ ꝓijciant̄ in uaſe ⁊ ꝓij
ciant̄ ſuper ea uinū ⁊ aqua ⁊ infundant̄ ſuper ea olei
ſiſamini kiſt.v.⁊ decoquant̄ lento igne in uaſe duplici
ſex horis ⁊ moueant̄ oi hora deīde auferant̄ ab igne:
⁊ dimittat̄ donec infrīet ⁊ colet̄ oleū.¶ Decoctio ſa
c⁹hec eſt permiſtio.℞.roſ.ru.⁊ caſie ⁊ ſucci myrti hu
mide ⁊ myrrhe oium an̄.ʒ.ij.terant̄ groſſe ⁊ proijcian
tur ſuper ea aqua aut uinū donec hūectent̄ ⁊ oleū de
coctū ⁊ decoquant̄ leui igne trib⁹horis ⁊ infrīet ⁊ cole
tur.¶ Decoctio tertia.c⁹hec eſt permiſtio.Spice ⁊
gariofiloꝝ ⁊ ſtoracis oium an̄.ʒ.iij.nucis muſchate.ʒ
v.olei balſamini.ʒ.vi.tere medicinas groſſe ⁊ proijce
ſuper eas aq̄.Qū ergo calefit ꝓijce deſuper oleū qd̄
decoctū eſt ⁊ oleū balſami ⁊ ſtoracē liq̄dā ⁊ moue do
nec miſceant̄ ⁊ ferueāt dōec ꝯſumat̄ aq̄ ⁊ rēmāeat olꝫ.

Oleū de ſtorace cōueniens iuncturis ad quas
effundit̄ mā ⁊ calefacit lacertos ⁊ aꝑata ſra ⁊
matricē frām ⁊ calefacit renes ⁊ ueſicā ex frītate.℞.o
lei ſiſamini kiſt.i.ſtoracis ſicce.ʒ.iij.decoquant̄ lento
igne donec ſumat oleū ꝟtutē ſtoracis ⁊ reponatur.

Oleū de camemilla.℞.olei ſiſamini kiſt.i.fenu
greci ſuperioris camemille abluti ⁊ exiccati i
vmbra āboꝝ an̄.ʒ.ij.⁊ reponat̄ in uaſe vitri ⁊ ponatur
in ſole.xl.diebus ⁊ adminiſtra:

Oleū de maſtice cōueniens ad debilitatē ſtōi ⁊
aꝑata eius ⁊ lenit duritiē.℞.olei ſiſamini kiſt
ij.maſticis.ʒ.vi.terat̄ maſtix ⁊ ꝓijciatur ſuper oleum
in uaſe duplici.

Oleū de apſinthio fcm̄ in ſole calefaciens ⁊ cō
fortanſ mēbra frigida.℞.olei ſiſamini danic.i.
proijce ipſum in vaſe uitri ⁊ apſinthij.ʒ.ij.⁊ ponatur
in ſole.xl.diebus ⁊ adminiſtretur.

Oleū de aneto.℞.olei ſiſamini kiſt.i.ſeis aneti
exiccati in umbra.ʒ.i.proijciātur in uaſe uitri ⁊ ponā
tur in ſole.xx.diebus ⁊ adminiſtretur.

Oleū de lilio qd̄ cōfert ad frigus matricis ⁊ ꝓ
focatiōm matricis ⁊ ad colicā ⁊ calefacit renes ⁊ veſi
cā.℞.caſie lignee ⁊ coſti ⁊ carpobalſami ⁊ maſticis oi
um an̄.ʒ.i.gariofil'.⁊ cinamomi āboꝝ an̄.ʒ.ſ.croci.ʒ
i.tere ⁊ proijce in uaſe uitri cū.lb.i.ſ.olei ſiſamini ⁊ li
lijs.xxx.nūero poſtq̄ ꝓieceris illud qd̄ ē in eis de citri
nitate ⁊ radices folioꝝ eoꝝ ⁊ ponatur in ūbra in loco
tēꝑato uſq̄ quo ſumat olꝫ ꝟtutē e⁹ ⁊ adminiſtretur.

Oleū de haſce qd̄ ꝯfert ad difficultatē urine.℞
olei ſiſamini.ʒ.i.aque.lb.i.⁊ quartā zinziberis
ʒ.iiij.haſce.ʒ.x.tere medicinas groſſe ⁊ ꝓijce in uaſe cū
aq̄ ⁊ oleo ſiſamino ⁊ decoquat̄ donec cōſumat̄ aqua
⁊ remaneat oleū ⁊ diſtillet̄ de eo in foramē uirge.

Oleū de haſce aliud ad iūcturas ⁊ colorē effic̄
bonū ⁊ addit in deſiderio coeundi ⁊ cōmouet
ſuper coitū ⁊ rectificat renes ⁊ ueſicā ⁊ dorſum qū de
eo bibī q̄titas.ʒ.i.oi die cū rob aut cū uino ⁊ admini
ſtrat̄ ēt in cliſteribus.c⁹hec eſt permiſtio.℞.olei ſiſami
ni ⁊ lactis uacini dulcis ⁊ ſucci haſce humidi oium a
na.lb.x.penidioꝝ alboꝝ.lb.v.zinziberis.lb.ij.ſ.Terā
tur penidij ⁊ cribellent̄ ⁊ ꝓijciant̄ oīa in vaſe figuli ⁊
accēdat̄ ſub eo ignis leuis donec cōſumātur aq̄ haſce
⁊ lac ⁊ remaneat oleum ſolum ⁊ bibatur de eo ſicut di
ximus.Eſt enim iuuatiuum ad debilitatem renum ⁊
addit in deſiderio coeundi ⁊ ſpermate.

Oleū haſce aliud cōueniens ad difficultatē vē
tris ⁊ dolorē ilioꝝ ⁊ renū ⁊ ueſice.c⁹ hec eſt ꝑ
miſtio.℞.aque dulcis ſacraiati.xv.zinziberis pondus
ʒ.iiij.ꝯtriti haſce pondus.ʒ.x.olei ſiſamini ſacralati.i.
decoquantur in uaſe mundo igne leui donec conſuma
tur aqua ⁊ remaneat oleum ⁊ auferatur ⁊ dimittatur
donec infrigidetur ⁊ coletur ⁊ fiat cliſtere ex eo poſte
rius ⁊ an̄ infundendo in foramen uirge.

Oleū de ſpentibus cōferēs ad ipetiginē ⁊ mol
lificatiōm ſtōi.Sumant̄ olei ſiſamini kiſt.iij.⁊
ponant̄ in uaſe figuli ⁊ ponātur in eo de ſerpentib⁹ ni
gris a.v.uſq̄ ad.x.⁊ ſtringat̄ caput uaſis ⁊ decoq̄tur
lento igne donec in decoctione diſſoluātur ⁊ auferant̄
ab igne ⁊ dimittat̄ donec infrīet ⁊ aperiat̄ caput ei⁹ ⁊
caueat̄ a uapore e⁹ qr̄ dimittat̄ donec infrīet ⁊ reſpiret
⁊ auferat̄ ab eo uapor ⁊ ponat̄ in uaſe ⁊ admiſtret̄ i e
pithimate qū ipm eſt nec̄ium cum pēna inunctum.

Oleū regis dauid qd̄ eſt iuuatiuū ad palyſiꝫ ⁊
torturā ⁊ podagrā ⁊ tremorē ⁊ ad dolores iū
cturaꝝ ⁊ dorſi ⁊ ad fiſtulas ⁊ hemorroidas ⁊ ad coli
cā ⁊ elephantiā.c⁹hec ē permiſtio.℞.bdellij.ʒ.x.āmo
niaci ⁊ ſerapini ⁊ oppoponaci ⁊ carpobalſami ⁊ opij
⁊ polypodij ⁊ ellebori albi ⁊ zarur ⁊ ſeleniati ⁊ cap
ſie ⁊ amigdalaꝝ amaraꝝ excorticataꝝ oium an̄.ʒ.vi.ga
riofiloꝝ ⁊ nucis muſchate ⁊ zinziberis ⁊ galāge ⁊ cin
nāomi ⁊ laudani ⁊ caſtorei oium an̄.ʒ.iij.keſile et ſeis
hyuſquiami albi et ſiſoleos et olibani et nigelle et ſe.e
ruce et ſe.porri et ameos et coſti oiuꝫ an̄.ʒ.v.ciperi et
granoꝝ harmel et myrti et granoꝝ uiridiū et granorū
alkerua et ſanſuci oium an̄.ʒ.iij.folioruꝫ eupatorij et

usnee āboꝝ añ.ʒ.v.terātur medicine iste ꝯtritiōe gros
sa et ꝓijciātur in uase et fundātur super eas.lb.vi.succi
caulis et decoquat igne leui donec redeat ad.lb.ij.et
remoueat ab igne et colet et exprimat ita ut nō rema
neat in eo aliq̄d de uirtutibus haꝝ medicinaꝝ et redu
cat ad uas et fundātur super ipm de oleo oliue.lb.vi.
et butyri uacci et olei alrazaki et olei de kerua et olei
aldemest decocti cū spēbus et affert hoc oleū de egyp
to oium añ.ʒ.x.et farine amigdalaꝝ amaraꝝ.ʒ.ij.gra
noꝝ lauri et pini āboꝝ añ.ʒ.vi.olei de lilio et olei de e
ruca āborum añ.ʒ.v.granoꝝ uiridiū pondus.ʒ.x.olei
sisamini aut alrazaki in quo decocte st rute.ʒ.iij.usnee
ʒ.iij.olei de alcāna.ʒ.v.mellis anacardi.ʒ.iij.et addāt
super olea in uase et dissoluat cū pauco illius aque de
sagzenea pondus.ʒ.x.decoq̄tur lento igne sm facilita
tē donec remaneat aque q̄titas sacraiati.i.et auferat
ab igne et colet cū mandili spisso et reducat ad uas ⁊
ꝓijciātur āmoniaci.ʒ.x.et mellis.ʒ.x.et ponat sup pru
nas donec liquefiat et misceātur cū eo de storace liqui
da et napta alba et olei balsami oium añ.ʒ.x.et ponat
in āpulla et claudatur stricte caput ei⁹ dosis ei⁹ a quar
ta.ʒ.i.usq3 ad auī.i.cum aqua ciceris tepida.

OLeū de costo dat in potu et confert ad frigus
lacertoꝝ et ꝓpe epatis et stōi et aperit oppilati
ones lacertoꝝ cōfortās eos faciens colorē esse bonū
cōseruās nigredinē capilloꝝ.℞.costi amari.ʒ.x.casie
ʒ.vi.foliorum almāmacor sextaria.x.terātur grosse et
infundantur in uino in nocte et proijciātur super eas
olei sisamini.lb.i.s.et decoquatur in uase duplici do
nec consumatur uinum et remaneat oleum.

OLeū de costo aliud ad dolorem epatis ⁊ stōi ⁊
dolorē iuncturaꝝ ex frītate ⁊ mollificatione la
teris.℞.gariofil.℥.i.calami aromatici ⁊ spice ⁊ folij
indi ⁊ storacis ⁊ radicis lilij celestis ⁊ cinami ⁊ usnee
⁊ costi omniū anā.℥ .ij.enule ⁊ casie ana.℥.i.myr
rhe.℥.s.tere medicinas grosse ⁊ infunde in aceto i no
cte ⁊ effunde super eas olei ⁊ aque āboꝝ añ.lb.v.⁊ d
coq̄tur lento igne donec cōsumatur aqua ⁊ remaneat
oleum ⁊ coletur ⁊ misceatur cum primo.

OLeū ierbuet ⁊ est medicina inda faciens ad vē
tositates grossas ⁊ ad dolorē matricis frīm.℞.
sapini ⁊ galbani ⁊ ciperi ⁊ sinapis ⁊ hellebori omniū
añ.ʒ.xv.gluis alibat.ʒ.viij.oppoponaci.ʒ.iiij.cinami
⁊ costi ⁊ aristologie longe ⁊ rotunde omniū añ.pōdus
ʒ.ij.acori ⁊ āmoniaci ⁊ sir ⁊ est medicina inda ⁊ fel ⁊
piretri omniū añ.ʒ.ij.s.zedoarie ⁊ doronigi ⁊ castorei
⁊ rute ⁊ basce ⁊ abrotani ⁊ radicis liq̄ritie ⁊ rute mon
tane ⁊ maruas de sirem ⁊ caulis ⁊ sansuci ⁊ sisimbrij ⁊
gariofiloꝝ hortulanoꝝ omniū añ.ʒ.s.myrrhe ⁊ asse o
dorifere ⁊ fetide ⁊ alaniudē omniū añ.ʒ.quartā.i.olei
oliue.lb.ix.⁊ aq̄.lb.xviij.decoquātur lento igne dōec
consumatur aqua ⁊ remaneat oleum dosis eius a me
dia.ʒ.usq3 ad duas cum aqua aneti.

OLeū sindin qd̄ noiat abrusened cōferens ad
tussim ⁊ uentositates grossas ⁊ attrahit humo
res grossos ⁊ cōfert ad hemorroidas c⁹ hē ꝑmistio.℞.
saune ⁊ pipis ⁊ macropipis ⁊ keisiz ⁊ zinziberis ⁊ ca
psie inde ⁊ salis rubei ⁊ cymi oiū añ.ʒ.vi.sauic nabac
kaficius.i.in aqua ⁊ coletur super medicinas.

OLeū de kerua qd̄ cōfert ad mollificatiōē ⁊ pa
lysim ⁊ torturā ⁊ aperit oppilatiōes epatis ⁊
splenis ⁊ cōfert ad colicā.c⁹ hec est permistio.℞.ame
os ⁊ origāi ⁊ calamiti montāi ⁊ myrrhe ⁊ marmacor ⁊
se.apij ⁊ se.feni.⁊ anisi ⁊ se.alādacocha ⁊ masticis ⁊ as
sari ⁊ fenugreci omniū añ.ʒ.vij.⁊ alsel ⁊ albel ⁊ alfel ⁊
acori ⁊ capsie inde ⁊ bdellij omniū añ.ʒ.v.sapini ⁊ ā
moniaci ⁊ oppoponaci omniū añ.ʒ.iij.⁊ radicū apij ⁊
corticū radicū feniculi.⁊ sq̄nāti ⁊ radicū liquiritie ⁊ e
nule sicce ⁊ basse omniū añ.ʒ.x.bezeribasen ⁊ sinsider
āboꝝ añ.ʒ.iij.zinziberis ⁊ cinamomi ⁊ gariofiloꝝ ⁊ cā
damoni ⁊ girbaugue ⁊ cubebe ⁊ macropiperis ⁊ pipe
ris ⁊ nucis muscbate ⁊ macis ⁊ nigelle ⁊ costi ⁊ cāui oi
um añ.ʒ.iiij.zedoarie ⁊ doronigi āboꝝ añ.ʒ.v.Tere me
dicinas grosse ⁊ funde super eas de aqua qd̄ submer
gat eas ⁊ decoq̄tur donec dissoluātur ⁊ colet ⁊ fundā
tur super ea olei de kerua recentis.lb.vij.⁊ decoquā
tur lento igne donec consumatur aqua ⁊ remaneat o
leum ⁊ administretur qum necesse fuerit pōdus auī.
ij.aut.iij.cum aqua de radicibus.

OLeū de kerua simplex.Decoquatur cū aqua
sola ⁊ minoratur a caliditate sua qum decoq̄
tur cum aqua sola ⁊ est in loco olei alrazaki qu3 ablui
tur cum aqua sola.

OLeū de cucurbita qd̄ cōfert ad oēm caliditatem
⁊ ad acuitatē in toto corpore si fuerit mēbꝝ inunctum
cū eo ⁊ si fuerit in uesica aut renibus inungat cū eo et
olfaciat ex eo ⁊ inungat cū eo.Et si fuerit in capite fi
at caputpurgiū ex eo.et si fuerit in itestis acuitas chli
ca sumere in potu ex eo est iuuatiuū ad oia illa.c⁹ hec
est permistio.Sumat cucurbita magna integra ⁊ excō
ticet ⁊ terat ⁊ exprimat et sumātur de aq̄ c⁹ ptes.iiij.
et olei sisami recentis ps i.decoq̄t lēto igne donec ꝯsu
mat aq̄ et rēaneat ol3 dide colt i uase uitrato et admi

OLeū asebesabrē qd̄ cōfert ad uētositatē in geni
bus et iuncturis et toto corpore.Sumatur aq̄
asebesabrē ps.i.et olei sisamini ps.i.et decoq̄tur dōec
consumatur aq̄ tota et remaneat oleum coletur ergo
et reponatur in uase uitri et claudatur stricte os e⁹ do
sis sit ab auī.i.us3 ad.ʒ.s.sicut diximus et bibatur sup
mensurā.℥.ij.aque ciceris in qua cum cicer decoctum
sit aliquid cymini et sit cibus super ipsum zibrabegi et
si fiat ex eo inunctio super membra confert.

OLeū auris.℞.olei sisamini.lb.ij.origani.ʒ.xv
rubee.℥.ij.oppoponaci et sapini et myrrhe et
bdellij et āmoniaci et aloes et olibāi omniū añ.ʒ.ij.ter
medicinas et proijce sup eas paꝝ aque et cōfricent cū
manu bñ et ꝓijciatur super eas oleū et decoq̄tur lento
igne donec inspissetur et colletur et admistret

OLeū auris descriptiōe alia.℞.sceba.℥.ij.que
ꝯfricet cū olei.lb.i.et aque sansuci.lb.s.decoque oia
lento igne in cocbliario ferreo et colla ipsum et distil
la de ipso in aurem.

OLeū alfelfelud cōueniens ad dolorē iunctura
rū et spasmū et mollificatiōm mēbroꝝ.℞.fel et
bel et fel et acori et capsie et enule et macropipis et nu
cisuomice et radicis lilij et se.fenicu.et costi et myrrhe
et zedoarie et doronigi omniū añ.ʒ.v.terātur grosse et
proijciātur in ollā et proijciātur super ea olei sisamini
et lactis et aque omnium añ.emine.ij.decoquātur in
vase duplici donec consumātur aqua et lac et remane
at oleum et coletur et administretur.

DEscriptio alia que cōfert ad dolores uesice et
matricis frāꝝ et ad uenā sciaticā et frig⁹ renum
et mollificat.ōm mēbroꝝ et colicā et torturā et palysi3
et ad uentositates frās grossas que accīt in neruis et
dolorē dorsi et oē3 dolorē q̄ fit ex frigor et grossitudie

⁊ est oleū indū. ℞. sel. ⁊ bel. ⁊ sel. ⁊ acori ⁊ capsie ⁊ radicis liliȷ̄ celestis ⁊ enule ⁊ macropipis ⁊ nucisuomice ⁊ nucis cupressi ⁊ pini ⁊ costi ⁊ se. feniculi ⁊ zedoarie ⁊ buzed ⁊ doronigi omniū an̄. ʒ. x. terātur oīa grosse ⁊ sumat lactis dulcis et aq̄ ābo℞ an̄. lb. x. ⁊ olei sisami lb. v. ꝺcoq̄tᷓ i uase duplici dōec ꝯsūat aq̄ ⁊ rēaneat ol℥.

Oleū de ouis fit aut molendo uitellos elixato℞ aut distillādo in uase uitreo composito aut cuz distillatione sublimata.

Oleū alkekengi qꝺ est cōueniēs ad epilepsiā ⁊ palysim ⁊ mollificatiōm ⁊ ſtitatē ⁊ spasmū ⁊ ꝺbilitatē ſtōi ⁊ uenā sciaticā ⁊ dolores iunctura℞ ⁊ dorsi ⁊ ꝯfert ad colicā ⁊ ꝓuocat mēstrua ⁊ calefacit matricē ⁊ frāgit lapidē ⁊ sedat dolorē ani ⁊ apit oppilatiōes corporis. ℞. myrobal. kebulo℞ ⁊ belliricoꝝ ⁊ myrobalanoꝝ nigroꝝ ⁊ ēblicoꝝ omnium an̄. ʒ. x. radicis apiȷ̄ ⁊ radicis feniculi ābo℞ an̄. ʒ. vij. macropiperis ⁊ piperis ⁊ zinziberis omniū an̄. ʒ. v. oppoponaci hyusquiami: ⁊ ſapi oium an̄. ʒ. v. turbit sextaria. iiij. caulis recētis ⁊ rute recētis ⁊ basce hūidi oiu3 an̄. M. i. terātsicca grosse ⁊ incidantur olera ⁊ proȷ̄ciantur in uas ⁊ proȷ̄ciant sup ea aque. lb. xxiiij. ⁊ decoq̄tur dōec ĩmāeat medietas ⁊ colet ⁊ ꝓȷ̄ciātur super ea olei de kerua emie iiij. ⁊ decoq̄tur donec cōsumat aq̄ ⁊ remāeat oleū. qui dā ꝟo addunt ī eo radicū liliȷ̄ sextaria. ij. ⁊ capsie. ʒ. iiij. ⁊ anisi ⁊ edebes ⁊ asid ⁊ cordumeni oiu3 an̄. ʒ. ij.

Oleū de croco qꝺ lenit neruos ⁊ aufert spasmū ⁊ cōfert ad duritiē matricis ⁊ colorē efficit bonū. ℞. croci. ʒ. vi. calami aromatici. ʒ. v. myrrhe. ʒ. ʃ. cōdumeni. ʒ. vi. infundātur medicine per se ⁊ myrrha ꝑ se in aceto preter cordumeni ⁊ dimittātur diebus. v. ⁊ in sexto die infundātur cordumeni in aceto ⁊ dimittatur die uno ⁊ infundātur super ea in die septimo olī sextaria. v. ⁊ decoq̄tur lēto igne donec consumatur aqua ⁊ remaneat oleum:

Oleū de usnee. ℞. usnee sextaria. v. costi. ʒ. x. casie ⁊ calami aromatici ābo℞ an̄. ʒ. iij. marmacō ʒ. ij. storacis. ʒ. v. olei myrti. lb. i. ʃ. terātur medicine ⁊ infundātur in aceto ⁊ dimittātur tribus diebus continuis ⁊ coquātur cum oleo donec consumatur acetum ⁊ remaneat oleum ⁊ coletur ⁊ recōdatur.

Oleū de euforbio nīm cōferēs ad dolores ſtōi ⁊ ꝓpe in neruis ⁊ ad uenā sciaticā ⁊ dolorem dorsi ⁊ pedū. cᵒ hec est permistio. ℞. costi amari pōdus ʒ. x. castorei pōdus. ʒ. v. ⁊ calamīti sicci pondus. ʒ. xij. ⁊ piretri pondus. ʒ. vij. ⁊ cōdisi pondus. ʒ. iiij: ⁊ staphisagrie pondus. ʒ. iij. terātur oīa ⁊ decoq̄t i uase cū. xl. ʒ. uini odoriferi postq̄ infusa st in eo die ⁊ nocte us3 quo ꝑueniat ad id qꝺ est minus tertia deinde infrīzentur ⁊ ꝯfricent uehemēter ⁊ colet ⁊ fundat super ip̄m q̄tū est medietas ponderis cᵒ olei sisami aut olei sambacini aut olei alkeiri ⁊ decoq̄tur us3 quo cōsumat uinū ⁊ remaneat oleū deinde sumātur ad oīa. x. pondera olei euforbiȷ̄ albi recētis. ʒ. ij. ⁊ teratur sicut puluis ⁊ misceatur cū oleo ⁊ ponatur super ignē donec bulliat ⁊ recōdatur.

Oleū qꝺ romāe ꝺī ꝺemanū ⁊ cᵒ expositio ē medicina. x. spēꝝ ꝯferens ad frigus neruoꝝ ⁊ ſtōi cōfortās mēbra repellēs superfluitates lenificās neruos. ℞. storacis. ℥. iiij. ⁊ masticis pondus. ℥. xij. ⁊ foliȷ̄ indi ⁊ spice ābo℞ an̄. ℥. iiij. ⁊ euforbiȷ̄. ℥. iij. cinamōi. ℥. vi. cere albe. ℥. xij. olei de ben. ℥. xlviij. olei balsami. ℥. xij. piperis. ℥. i. terantur sicca ⁊ soluantur que sunt ꝑter illa ⁊ reponatur.

Oleū de florībᵒ papaueris ruffi calefaciēs ſto3 ſim ⁊ resoluit cōmotiōm ⁊ apatiōm qn̄ ꝯmiscetur cū adipe anꝛis aut galline. Sumat olei boni. lb. i. ⁊ rob papaueris ruffi. ℥. ij. ponat illud in uase ⁊ pōatur in sole. x. diebus ⁊ reponatur: ueruntamen non habet illud oleum odorem.

Olea pura de lilio ⁊ cydoniȷ̄s ⁊ malis ⁊ sinapi ⁊ cucumere asinino fiunt ita ut sint olei sisami pars. i. ⁊ aque partes. iij. ⁊ stet in sole quadraginta diebus ⁊ reponatur.

¶ Tractatus. xi. de unguentis ⁊ emplastris.

Unguentum de cerusa quꝺ cōfert ad adustionem ignis ⁊ excoriationem. Recipe lithargyriȷ̄. ʒ. i. ceruse. ʒ. v. cere albe. ʒ. vij. olei rob. ʒ. ij. liquefiāt cera ⁊ oleū ⁊ ꝓȷ̄ciātur super ea cerusa ⁊ lithargyriu3 in mortarium ⁊ misceantur simul anteq̄ infrigidentur ⁊ misceatur cum eo albugo oui unius ⁊ administretur.

Unguētū aliud. ℞. cerulē. ʒ. iiij. lithargyriȷ̄. ʒ. ij. scorie argenti auꝛ. i. dragagāti. ʒ. i. terātur ⁊ cribellent cū orali ⁊ sumat cei albe. ℥. i. q̄ liq̄fiat cū ℥. iij. olī rob. ⁊ ꝓȷ̄ciāt sr ea meᵗ in motario ⁊ conteratur.

Unguētū basilicon magnū ꝯferens ad ulcera ⁊ cōuenit locis neruosis ⁊ ulceribᵒ in qbᵒ nō est calitas. ℞. cere. lb. i. picis. ℥. viij. myrrhe ⁊ resine oiu3 an̄. ℥. iiij. glutinis alimbat. ℥. iiij. olei. lb. vi.

Unguentū basilicon minus. ℞. resine ⁊ picis ⁊ cere eq̄les ptes ⁊ admistret cū oleo oliue.

Unguētū ꝺ cerusa cū aceto. Sume litbargyriȷ̄ q̄tū uis ⁊ cribella ⁊ ꝓȷ̄ce in ciminili ⁊ ꝓȷ̄ce sr ip̄3 acetū ⁊ oleū ⁊ ꝯmisce bn̄ cū manu ⁊ utere.

Unguētū de flore eris ad ulcera antiq̄. Floris eris. ʒ. ij. cere ⁊ resine ābo℞ an̄. ʒ. v. ⁊ terat flos eris ⁊ liq̄fiāt reliq̄ meᵗ cū oleo mensa q̄ ē nec̄ia ⁊ ꝓȷ̄ciat desup flos eris ⁊ ꝯmoneat dōec equet ⁊ administret.

Unguentū de calcadis qꝺ noiauit. G. mutkin cōferēs ad apata pestilētie ⁊ ꝯsolidat uulnera que difficile cōsolidātur ⁊ sanguinea ⁊ cōfert ad difficultatē urine ⁊ difficultatē egōnis ⁊ oīa apata. ℞. adipis zirbi antiq̄. lb. iij. olei antiq̄. lb. iij. calcadis. ℥. iij. liquefiat adeps ⁊ terat calcadis ⁊ misceat cū. iij. lb. olī ⁊ terant. lb. iij. litbargyriȷ̄ ⁊ misceat cū eis ⁊ cū adipe i mortario deīde pōat i frixorio mūdo ⁊ ꝯmisce ea cū spatla q̄ sit abscissa ex palma dōec eq̄t ⁊ admistretur.

Unguentū nigrū litbargyriȷ̄. ℥. i. aceti fortis. ℥. iij. olei. ℥. ij. decoq̄tur oīa cū studio ne adurantur ⁊ commoueatur donec coaguletur.

Unguentū diaqlon cōferens ad nodos ⁊ scrofulas ⁊ apata dura. cᵒ hec est ꝑmistio. Fenugreci ⁊ se. lini ⁊ altee albe oium an̄. keleiati. i. infundat in nūq̄dꝫ co℞ per se die ⁊ nocte deinde sumātur de mucilagine uniuscuiusq3 co℞. lb. i. ⁊ quarta ⁊ litbargyriȷ̄ lb. i. ʃ. ⁊ olei. lb. ij. bulliāt mucilagines ebullitiōe una: deinde auferat ab igne postea bulliat oleū cū litbargyrio trito dōec coaguleᵗ ⁊ altereᵗ color cᵒ deide ꝓȷ̄ciat sr ip̄3 mucilagines una pᵒ aliā ⁊ coaguleᵗ igne leui.

Unguentū rubeū. ℞. litbargyriȷ̄ eminā. i. ꝯtriti cribellati olei oliue. lb. ij. aceti. lb. x. concutiat donec coaguletur ⁊ ponatur super ipsum postq̄ coagulatur. lb. i. de uenis tinctorum.

Unguentū apostolo℞ ⁊ est apostolicon ⁊ noiat unguentū ueneris ⁊ est unguentū rectificās cū facilitate fistulas difficiles ⁊ scrofulas ꝑuas nec ē aliq̄d

simile ei ⁊ mūdificat vulnera ex carne mortua ⁊ pus:
⁊ cōsolidat. Et dī ꝙ est medicina.xij.aplōꝝ.cᵘ hec est
permistio.℞.terebinthie cere albe ⁊ resine oīum an̄.ʒ.
xiij. oppoponaci ⁊ floris eris āboꝝ an̄.ʒ.ij.āmoniaci
pōdus.ʒ.xiij.aristol.longe ⁊ turis masculi āboꝝ an̄.ʒ.
sex myrrhe ⁊ galbāi āboꝝ an̄.ʒ.iij.bdellij pōdus.ʒ.vi.
lithargyrij pōdus.ʒ.ix.īfundat bdelliū i aceto uini ⁊
decoq̄t i estate cū duabꝰ.lb.olei ⁊ i hyeme cū.lb.iij.

Unguentū de uzifur cōferens ad scrofulas et cā
crū et apata testiculoꝝ.℞.lithargyrij et galba
ni āboꝝ an̄.ʒ.v.olibani et āmoniaci āboꝝ an̄. pondus
ʒ.x.glutinis alimbat.ʒ.vi.cere sext.x.uzifur.ʒ.viij.et o
lei quantum sufficit.

Unguentū karmez ⁊ alkarmū cōferens ad dolo
rē ani et ignē psicū.℞.pulpe colloq̄ntide et condisi et
usnē ⁊ sulfuris omniū an̄.ʒ.iij.lithargyrij ⁊ sief memi
the āboꝝ an̄.ʒ.vi.harmel ⁊ marcor et est uermis alkar
mez omnium an̄.ʒ.xij.sambaci.ʒ.ij.picis.ʒ. x. liquefiat
almarcor cum oleo ⁊ administretur.

Unguentū cauterij.℞. colcotar assati pondus.ʒ.
x.calcis n̄ extīcte ⁊ storacis liquide oiū an̄.ʒ.ij

Unguentū gererati.℞.chelidonie ⁊ uenaꝝ citri
naꝝ ⁊ galbani ⁊ āmoniaci ⁊ sarcocolle ⁊ gūmi
⁊ sanguis draconis oium an̄.ptē.i.lithargyrij q̄tū est
pondus medicinaꝝ oium ⁊ olei sisamini ⁊ olei oliue q̄
tū est pondus medicinaꝝ omniū liquefiat cera cū oleo
in uase testeo nouo ⁊ puluerizentur desuper medicine
trite ⁊ cribellate ⁊ misceatur ⁊ administretur.

Capitulum de emplastris.

Empl̄m andromachi quod cōfert spleneticis ⁊
hydropicis ⁊ qui patiūt tensiōē lateꝝ ⁊ ad do
lorē iuncturaꝝ ⁊ ad uenā sciaticā ⁊ egritudi
nes chronicas ātiquas.cᵘ permistio hec ē.℞.cere ⁊ pi
cis omniū an̄.lb.i.gūmi pini.lb.i.olei cyathi.viij.arse
nici rubei uel aurei aluis iameni calcis quā aq̄ nō iue
nit oium an̄.℥.ij.ppa ipm sm ꝙ narratur.

Empl̄m mirabile relatū ad andromachū qd cō
uenit ubi uult aliq̄s ut sugat ex eo aliq̄d:frāgit
ei ipm ⁊ extrahit ossa corrupta ⁊ furūculos ⁊ spinas:
⁊ cōfert ad uenā sciaticā ⁊ sputū saniei ⁊ duritiē uisce
rū ⁊ torsiōē mēbri super mēbꝝ ⁊ sigillatiōē uulnerū
℞.granoꝝ que inueniūt in fructu plāte que dicit au
meli ⁊ baurac rubei ⁊ salis āmoniaci ⁊ aristol. cretice
⁊ radicis cucumeris asinini ⁊ gūmi albotin oium an̄.
pondus auī.xx.piperis ⁊ macropiperis ⁊ āmoniaci ⁊
amōi ⁊ xilobalsami oium an̄.auī.decē turis masculi ⁊
myrrhe ⁊ resine sicce ⁊ aldabac fra oium an̄. auī.x. ⁊
lactis arboris mori auī.x.cere auī.xxx.⁊ adipis capī
auī.xv.⁊ fecis olei de lilio q̄tū sufficit ad cōficien̄ me
dicinā. Terant medicine sicce ⁊ fricent ēt ⁊ inungat q̄
fricat eas manus suas cū fece olei de lilio ita ut qū p
mista fuerint oia bene reponatur ⁊ seruetur ⁊ qū neces
se fuerit utiᵘ eo ad auferendā laxitudinē tunc sumantur
de eo.℥.iij.⁊ adipis anatis.℥.iij.⁊ olei de alcanna.℥.
iij.⁊ permisceatur ⁊ administretur.

Empl̄m ad dolorē iuncturaꝝ ⁊ podagre ⁊ ē me
dicam̄ expertū utile. Seis hyusquiami kist.i.
agarici ⁊ fenugreci an̄.kist.i.baurac.℥.i.cere.lb.unaz
reusini decocte.lb.i.olei ātiqui.lb.i.medulle ossiū cer
ui.℥.iij.radicis lilij.℥.iij. Terātur medicine sicce ⁊
cribellent ⁊ liquefiant ea que liquefiunt ⁊ dimittātur
donec infrēt ⁊ proijciantur super medicinas siccas ⁊
cōmisceantur ⁊ reponatur ⁊ administretur.

Empl̄m filagrius ad dolorē stōi ⁊ epatis ⁊ do
lores matricū ⁊ apata qū linit exterius ⁊ ad
mistrat mulieribꝰ in lana liniēdo cū eo matricē.℞. cro
ci.ʒ.ij.⁊ in descriptiōe alia.ʒ.xij.bdellij ⁊ masticis ⁊ ā
moniaci ⁊ aloes ⁊ storacis humide omniū an̄.ʒ.viij.ce
re sextaria.iij. adipis anseris.ʒ.xij.isopi sicce aut hu
mide.ʒ.xxx.olei nardini quantum sufficit.

Unguentū qd cōfert ad uehemētiā debilitatis e
patis ⁊ stōi ⁊ lenit duritiē ⁊ retinet ascellatiōē
epithimatū.℞.tortellaꝝ de scemi pondus.ʒ.iij.alkeia
⁊ apsinthij ⁊ olibani oium an̄.pōdus.ʒ.ij. ⁊ myrrhe ⁊
aloes ⁊ adezirati ⁊ xiloaloes ⁊ acatie oium an̄. pōdus
ʒ.i.⁊ laudani pondus.℥.ij. ⁊ cydonioꝝ excorticatorū
decoctoꝝ mūdatoꝝ a granis suis pondus.ʒ.vi.⁊ dacti
loꝝ alcabs dactilos.l.numero ⁊ cere ⁊ olei nardi ⁊ o
lei ros.q̄ntitatē cū qua fiat unguētū. Infunde dactilos
⁊ tortellas in uino ⁊ accipe cydonia ⁊ mūda ea ex cor
tice ⁊ granis suis deinde coque ea in uino donec mol
lia sint ⁊ qū decocta st̄ tere ea bn̄ ⁊ permisce ipsa cum
dactilis ⁊ tortellis deinde cōtere ea cū tortellis donec
misceātur ⁊ liquefac cerā cū oleo ⁊ tere reliquas me
dicinas ⁊ cribella ea ⁊ pulueriza eas super cerā liq̄fa
ctā cū oleo deinde aggrega ea simul in mortario ⁊ per
misce ea in eo donec permisceātur bn̄ deīde line ex eo
sup lanā.i.pānū ⁊ pōe ipm sup epar ⁊ stōm.

Unguentū scm̄ cū pulpa colloquintide qd ꝯfert
ad illud qd dcm̄ ē.cᵘ hec est permistio. Pulpe
colloq̄ntide pōdus.ʒ.xij.turbit ⁊ scamonee ⁊ euforbij
omniū an̄.ʒ.viij.se.aneti ⁊ salis ⁊ myrrhe ⁊ aloes ⁊ fel
lis uaccini ⁊ salis indi ⁊ nigelle ⁊ staphisagrie montāe
⁊ piperis ⁊ zinziberis ⁊ myrobal. citrinoꝝ ⁊ mezeriō
⁊ belliricoꝝ omniū an̄.pondus.ʒ.xij.⁊ amigdalaꝝ ⁊ ā
moniaci ⁊ oppoponaci ⁊ sapini omniū an̄. ʒ.vij. bau
rac ⁊ sulfuris citri āboꝝ an̄.ʒ.xv.fenugreci ⁊ camemil
le ⁊ se.lini omniū an̄.pondus.ʒ.x.storacis ⁊ cere āboꝝ
an̄.sextaria.x.liquefac ea que liquefiunt de istis medi
cinis cū butyro vaccino ⁊ infunde que ex eis infundū
tur in uino ⁊ tere que ex eis sicca st̄ ⁊ cribella ea dein
de tere infusa ⁊ permisce ea sil' donec fiat unguentū de
inde lini ex eo stōm ⁊ epar:ipm ei facit descendere aq̄
citrinā:⁊ qui indiget ascellatione ⁊ nō pōt bibere me
dicinā liniat ipm super stōm qm̄ soluet eum.

Empl̄m scm̄ cū cordumeni qd cōfert ad dolo
res antiquos qui st̄ in epate ⁊ stō ⁊ splene ⁊ du
ritiē accn̄tē in eis ⁊ frigus.℞.cordumeni ⁊ spice ⁊ a
momi ⁊ piperis ⁊ macropiperis ⁊ costi ⁊ casie mūda
te ⁊ turis ⁊ piretri ⁊ amigdalaꝝ ⁊ āmoniaci ⁊ alkeia
⁊ myrrhe ⁊ storacis ⁊ carpobalsami et aristol.lōge et
rotūde et ciperi et meliloti et laudani et gariofil.oium
an̄.pondus.ʒ.ij. ʒcroci pondus.ʒ.ij.et ireos et opobal
sami et adipis vacce aut anatis oium an̄.pondus.ʒ.v.
et gūmi amigdale amar̄ pondus.ʒ.v.liquefac cerā cū
oleo nardino et fac ipsum sicut narraui tibi.

Tractatus.xij.de iuuamento harum medicinaruz
appropriato unicuiq; menbro.

Ad frigus capitis cōferūt scelithe ⁊ anacā
dinū et diacyminū caputpurgio scō. Gra
uitati capitis cōfert infusio de hiera et pi
lule alborōal que mundificāt caput.

Ad dolorē capitis sm̄ antiqū sotira scelithe sm
ꝙ dī hiera eufratis hierapicra hiera archige
nis. Theodoricō.hiera cataꝫ trocisci stelle epithimati
si frōtē. Et ad cephaleā iteꝝ oleū nardinū. Ad

emigraneã trocisci stelle liniti sup̄ frontē: oleū nardinū
suffuf infusiōis hieṙ: ꝯfectio hermetis facto cap̄purgio
¶ Ad uertiginē sotira pura: ꝯfectio hermetis: anacar
dinū: hiera archigeis: theodoricō: electuarium de am
bra magnum.

A D obliuiōm ⁊ recordatiōꝫ et mentē anacardi
nū: electuariū de anacardis: scelithe ſm ꝙ dr̄ facto cap̄
purgio ex eo: suffuf aristotelis: electuarium de ābra siri
mosꝫ hierapicra. ¶ Ad alguesgues et maniā tyriaca
et mithridatū: tyriaca esdre: scelithe ſꝫ ꝙ dr̄. Tyriaca
iarbe ramaguē: hiera catagini: medicina de muscho et
ꝓpe ꝺscriptō fcā ad mīiā cholicā. Anacardinū qn̄ eq̄
tur in sua receptiōe: cōfectio de iacyntho nr̄a que cō
fortāt ſbus ſt: tyriaca mithridatū: pilule stōatice alkin
di. ¶ Ad epilepsiā tyriaca: mithridatū: tyriaca esdre
tyriaca diatesseron: sotira: scelithe. Tyriaca nr̄a: ꝯfecti
o cesaris: alkeskinengi ꝓpe ad pueros. Theodoricō:
hieragarios: hiera nr̄a. medicina de muscho dulcis et
amara: hiera picra: acetū squille: et oxymel eꝰ. ¶ Ad
apoplīā. Tyriaca mithridatū: tyriaca esdre: oleū alke
kengi. ¶ Ad palysim et mollificatiōm in mēbris. Ty
riaca: mithridatū: tyriaca esdre: tyriaca diatesserō: me
dicina de muscho dulcis et amara: anacardinū: diamā
te: bedemeregi: hiera nr̄a: electuariū de vua: pilule uti
litatis: oleū barased: hiera Gal. episcopalis: pilule de
euforbio: cōfectio aseimeri: caputpurgiū albabis: hie
rapicra clisterizata. ¶ Ad torturā scelithe. Medicia
de muscho dulcis ⁊ amara: anacardinū: electuariū de
vua: pilule ꝓficui: pilule de dende sal. ¶ Ad tremorē
Tyriaca mithridatū: tyriaca esdre: sotira electuarium
nr̄m: hiera catagini. ¶ Ad spasmū sotira: oleū alkekē
gi: oleū de croco: hiera Gal. hiera catagini. ¶ Ad do
lorē oculi sotira: hierapicra: medicina keted regis. ¶
Ad cecitatē et aq̄ que fit in oculo: hiera archigēis in
principio. ¶ Ad dolorē auris: trocisci stelle: oleū nar
dinū. ¶ Ad ſm. acetū sq̄lliticū et oxymel eꝰ ad illā in
qua nō est ulcus. ¶ Ad dolorē dentiū: sotira sagzene
a: cōfectio de scoria: trocisci stelle. ¶ In coroso. Con
fectio philosophoꝝ: oxymel squilliticū: acetū eꝰ restri
git sanguinē et detumescere facit carnē gingiuaꝝ. ¶
Rectificatio nodatiōis lingue et mollificatiōis eꝰ: sce
lithe est electū in hoc: cōfectio philosophoꝝ hierapicr̄.
¶ Ad apata cordis et dolores eꝰ. Confectio de mu
scho medicina keted regis: medicina Gal. que cōfert
ad egritudies cāne. ¶ Ea q̄ cōfortāt cor ſt. Tyriaca
mithridatū: tyriaca esdre: tyriaca diatesserō: nedrech
darȳ: resus darȳ. confectio alkindi: tyriaca nr̄a: cōfe
ctio de iacyntho nr̄a: cōfectio Gal. electuariuꝫ de am
bra: electuariū aliud. ¶ Ad pulsum cordis. Tyriaca
mithridatū scelithe. tyriaca nr̄a: cōfectio cesaris miua
sirꝰ de malis calidus: cōfectio de muscho: medicina de
muscho dulcis et amara. ¶ Ad sincopi. medicina de
muscho: mithridatū: kelkelēgi. ¶ Ea que mundificāt
cānā pulmonis et pectus: medicina Gal. et pilule q̄ ſt
in. x. tractatibus: et medicine loch de aliȷ̄s: trocisci de
stōaticis ſt mirabiles: sirupꝰ de isopo. ¶ Ad raucedi
nē uocis et abscisionē eꝰ. Loch de melone acetū sq̄lli
ticū et oxymel eꝰ. pilule que ſt in. x. tractatibꝰ. ¶ Ad
abscisionē uocis. Tyriaca: mithridatū. ¶ Ad difficł
tatē anhelitus: cōfectio cesaris: medicine de muscho:
pilule dicte in. x. tractatibꝰ: medicina diamarte ꝺ cur
cūa diasulfur filoniū: medicina keted regis. ¶ Ad as
ma et anhelitū ꝓpationis: loch de squilla et eꝰ oxymel

¶ Ad difficultatē ⁊ cōstrictiōm: trocisci de papaueṙ.
¶ Ad dolores pulmonis ⁊ pectoris ⁊ hypocōdrioꝝ
sotira kokiū: tyriaca mardurucbos: tyriaca esdre cōfe
cta. ¶ Ad tussim antiq̄: tyriaca ⁊ mithridatū ⁊ sceli
the ſm ꝙ dr̄: ⁊ diasulfur: oleū asindin: ⁊ loch de papa
uere: trociscus de papauere. ¶ Ad spuiū sanguinis ⁊
fluxū eꝰ ⁊ ipsius uomitū ⁊ saniei. Trocisci Gal. ꝓpe ꝯ
ferentes saniei: trocisci arostōachis mirabiles: loch de
papauere. ¶ Ad uomitū sanguinis ⁊ spuiū eiꝰ meᵃ al
cheirō loch de melone: loch ꝺ spodio. ¶ ad frigꝰ epis
oleū de aneto alcāzi: sebereriarā: oleū de basce: pilule
que ſt in. x. tractatibꝰ. ¶ Ad dolorē epatis: cōfectō ꝺ
seibus: medicina de gentiana: unguētū de cordumeni:
trocisci de eupatorio: aq̄ de radicibus. trocisci de. x.
tractatibus: cōfectio de muscho: ꝯfectio de calam̄to: a
thanasia: cōfectio hermetis cū aq̄ algeleniabi: diacur
cūa: diacostū: filoniū kelkelēgi: suffuf de acoro fcō tro
cisco: pilule de eupatorio: theodoricō sal: acetū squille
¶ Debilitas epatis ⁊ q̄ confortāt ipm: dialacca: ⁊ pi
lule stōatice alkindi: ⁊ unguentū cū pulpa colloq̄ntide
sal ēpl̄m: ⁊ medicina alindriō: diacurcūa: medicia quā
alkindus ⁊ aliȷ̄ dixerīt esse Gal. alcāzi: ꝯfectio de scoria
electuariū Gal. oleū ꝺ cinamō. suffuf bubede. ¶ Ad
extuatiōm epatis resus darȳ est cōfortatiuū ualde: tyri
aca nr̄a: cōfectio alkindi: cōfectio de muscho: sagzenea
singularia fecimus oīa que ꝯferīt ad dolorē eiꝰ. ¶ Ad
ap̄a epatis: medicina kiume medici: trocisci de berbe
ris: trocisci de reubarbaro; trocisci alzedarfiō. ¶ Ad
duritiē epatis ⁊ splenis: trocisci de reubarbaro: electu
ariū ꝺ aniuꝺ. ¶ Ad dolorē epatis ⁊ splenis. Tyria
ca esdre: mithridatum: diacurcūa: dialacca. ¶ Ad hy
dropisim ⁊ initiū eꝰ: tyriaca: mithridatū: confectio her
metis: medicina kiume: hiera archigenis. ¶ Ad mali
tiā ꝯpl̄onis: oleū de euforbio: suffuf alkekengi: bactissu
cha: diasulfur. ¶ Ad inceptiōm malitie cōpl̄onis: ho
morusia: diacurcūa: dialacca: trocisci ꝺ berberis: meᵃ
kiume: aq̄ ꝺ radicibus: pilule alkekengi. ¶ Et ad for
tē iteꝝ: alcāzi: sebercaren: fanaios: ⁊ rectificat sāguinē:
electuariū aliud. ¶ Ad ꝺbilitatē stōi: medicia kiume:
Unguētū ad debilitatē epatis ⁊ stōi: electuariū ꝺ xilo
aloes: ⁊ sagzenea: sal fcūs: suffuf: donū dei. ¶ Et ad ꝺ
bilitatē ⁊ corruptiōm suā: electuariū alcāzi: electuariū
kameati rectificat corruptiōm eꝰ. ¶ Ad corruptiōm
⁊ mollificatiōꝫ eꝰ: oleū afusume: cōfectio hermetis dia
curcūa: oleū aliud: aq̄ de radicibus: tyriaca: mithrida
tū: alkarme: tyriaca nr̄a: electuariū ꝺ ābra: trocisci stel
le. ¶ Expellunt ab eo superfluitates: pilule alkekēgi:
hierapicra: diacyminū: cōfectio alkindi: infusio picre:
mundificat eū: suffuf aburmaki: acetū sq̄lle: ⁊ oxymel e
ius: miua: sirꝰ de malis catus: ⁊ sirꝰ ꝺ piris: ⁊ citꝝ cōdi
tū: ⁊ cydonia cōdita. ¶ Et de eis que mundificāt ipꝫ
ſt electuariū Gal. pilule stōatice ſił: trifera ꝺ scoria ⁊ a
lia. ¶ Et ad mollificatiōm eꝰ: trifera maioꝛ: trifera ꝺ
scoria: suffuf hebede: oleū ꝺ ſpentibus. ¶ Ad calitatē
stōi ꝯfert sirꝰ ꝺ acresta. ¶ Ad frigus stōi electuariū ꝺ
xiloaloe tēpatū: oleū menuꝫ: oleū de costo: oleū ꝺ pa
pauere ruffo: electuariū ꝺ aniudē: electuariū alfangius
fendedicō alcāzi: schercaren: trifera de scoria: electuari
um talisafar. ¶ Ad infusiōm stōi. hierapicra: pilule i
de: hiera Hip. trifera: suffuf hebede. Ad dolorē stōi: ꝯ
fectio ꝺ seibus: dactilicō. medicina de gentiana. aq̄ de
radicibus. hiera ādromachi. electuariū diapipereō: se
berearen. Unguentū de cordumeni. pilule inde. oleuꝫ

rof.oleũ de costo:electuariũ Gal.ꝯfectio hermetis:pi
lule bone ad dolorẽ uentris:ẽplm filagriũs:azastõ:dia
curcũa:filoniũ :ꝯfectio de calamẽto.¶ Ad uentositã
tẽ stõi sotira nedrech dazij:albarmiu:trifera magna: o
leũ nazdinũ.¶ Ad aꝑa stõi cõfeẽt trocisci de berberis
⁊ eupatorio.¶ Ad duritiẽ stõi:oleum de mastice.¶
Ad appetitũ electuaria:⁊ alkekengi cõfortãt appetitũ
¶ Ad appetitũ cãninũ:de curatione eꝰ est diacyminũ
¶ Ad digõnẽ:tyriaca mithzidatũ:cõfectio phõrum:
confectio cesaris:alcãzi:diacydonitẽ ꝓpe muscbatum
trifera magna:cõfectio de muscbo:sagzenea: diacymi
nũ:electuariũ de ãbra:suffuf:aristol. elcũariũ suffuf: e
lectuariũ de granis uiridibꝰ :ꝯfectio de iacyntbo nr̃a
electuariũ aliud:citꝛ conditũ:electuariũ.¶ Ad singl
tũ:confectio cesaris est bona in eo ualde:miua sirupꝰ d
m̃ta:trocisci de mezerion.¶ Ad uomitũ ⁊ nauseã:tro
cisci aristomachis:confectio de sale indo ꝓpe ad phla
ticũ ⁊ mlicum:sirꝰde fructibus ⁊ ꝓpe ad cbolicũ: tro
cisci miue:sirꝰde m̃ta sirꝰde malis:sirꝰ de prunis: ⁊ cõ
fert ad sincopi.¶ Ad siti sirꝰde acresta:cãfora:trocisci
de spodio:⁊ si fuerit cũ resolutione nature.¶ Ad eru
ctuationẽ accidã: diacyminũ:trocisci stelle: diapipeõ.
¶ Ad splenẽ sotira:homorusia:kelkelengi: cõfectio d
seibus:anacardinũ:alcãzi:diamarte ⁊ aperit oppilati
onẽ eꝰ:bedemezegi:diacurcũa:diasulfur.olm abusume
confectio de iacyntbo nr̃a:theodoricon:biera nr̃a:sal.
Unguentũ cordumeni:suffuf de trocisci de.x. tracta
tibus.¶ Ad frigus intestinoꝝ:pilule que mũdificãt i
testina.pilule stomatice alkindi:pilule aburmaki.¶
Ad colicã ⁊ siccitatẽ nature:araston kelkelẽgi: oleum
de nasturtio:olm d kerua:fermos:sebereanẽ:dactilicõ
¶ Et ad dolorẽ eꝰfiloniũ episcopale:diacydoniten so
lutiuũ:electuariũ indũ:electuariũ cesaris. ¶ Ea que
leniunt nãm:st bierapicra:confectio inda:sirꝰd prunis
paꝝ de bdellio:pilule de tapsia:trocisci:⁊ confectio d
alleis.¶ Solutiua grossa:pilule stomatice alkindi:pi
lule alie ad mlia:pilule de capsia:biera Gal.pilule de
euforbio attrabunt ex lõginquo:⁊ ex neruis: biera fi
lagriꝰ:electuariũ cesaris:febereanẽ: pille filij albarith
¶ Ad retẽtiõm solonis uentris: tyriaca mitbridatũ:
diacydõitẽ:muscbatũ:unguẽtũ alkindi:sirꝰ de acresta:
ad cbolicos suffuf conueniens cbolericis camebatu.
Descriptio exfelãgios:suffuf aristotelis: miua:sirꝰ de
malis:sirꝰde m̃ta:sirꝰde piris:cydonia cõdita:trocisci
de balaustijs:trocisci de spodio:trocisci de seibus tro
cisci de diasacramentõ¶ Ad solutiõm uentris cũ san
guine ⁊ sanie:trocisci diasacramtõ. ¶ Ad difficultatẽ
urie:trocisci de lacca.¶ Ad ulcera intestinorũ ⁊ rasu
rã:tyriaca mitbridatũ:tyriaca esdre: confectio herme
tis:trocisci nr̃i:trocisci alij: athanasia: medicina keteo
regis:trocisci de balaustijs:trocisci diasacramentõ:tro
cisci de seibus.¶ Ad punctiõni:trocisci de seibus.¶
Ad uebemẽtẽ punctiõm:micleta:firdurios:oleũ nardi
nũ:suffuf ad tenasmon miclete:confectio hermetis:tro
cisci d mezerion:trocisci de seibus:trocisci d balaustijs
suffuf.¶ Ad coliricã passiõm:tyriaca:electuariũ filij
messẽiati:electuariũ de granis uiridibꝰ ad dolorẽ ani
oleũ alkekengi.¶ Et ad hemorroidas:electuariũ de
muscbo:donũ dĩ:suffuf miclete: oleũ alsindi.¶ Et ad
dolorẽ rnũ ⁊ uesice:tyriaca:mitbridatũ:tyriaca: esdre
tyriaca nr̃a:ꝯfectio alkekengi:electuariũ de aniudẽ:ad
frigus ãboꝝ. ¶ Confeẽt renibus ⁊ uesice oia que con
fortant ea:trocisci alkekengi:oleum de kerua.Pilule
ad frigus renũ:trocisci regales:electuariũ:ad dolores
ãboꝝ:confectio bermetis:diacurcuma.Et ad dolorez
ãboꝝ:ꝯfectio alkekengi:nux ꝯdita:oleũ de storace.¶
Que mundificãt renes ⁊ uesicã:mitbridatũ:theodori
con:anacardinũ:biera nr̃a:electuariũ de ãbra. ¶ Et
ꝯferunt ad frigus ãboꝝ:trocisci alkekengi. ¶ Et ad
mollificationẽ uesice:biera Gal.trifera de scoria: trife
re alie.¶ Et ad mictũ sanguinis ⁊ pus:confectio de
pilulis alkekengi:⁊ trocisci alkekengi.¶ Et ad iuolũ
tariã emissiõm urine ⁊ distillatiõm eꝰ:confectio philo
sophoꝝ:scelitbe ꝭm ꝙ dr̃:biera Gal.¶ Ad lapidẽ:ty
riaca:mitbridatũ:tyriaca esdre:homorusa:dialacca:
diasulfur:pilule in.x.tractatibꝰ¶ Educẽtes arenã i
urina:trocisci arcomacris.¶ Ad frigus matricis.ole
um de storace:oleũ de beiritar:oleũ nardinũ alkekẽgi
¶ Ad uentositatẽ matricis:alkekengi.¶ Et ad do
lores matricis:scelitbe ꝭm ꝙ dr̃:anacardinũ: diamãte
bedemeregi:filoniũ ꝓpe pregnãtium:fermos archige
nis:emplm filagrius:diacurcuma.¶ Ad prefocatio
nẽ matricis:alkekengi acetũ squille: ⁊ oxymel eiꝰ.¶
Et ad duritiẽ matricis:pilule meitbdine diacurcuma
oleũ de croco.¶ Ad corruptionẽ menstruoꝝ: rectifi
cãt ea theodoricon kelkelengi:trocisci de seibus: ꝯfe
ctio de scoria.¶ Ad pregnantes ⁊ cõseruãtes fetus:
suffuf: tyriaca ꝯseruat fetũ mitbridatũ:scelitbe ꝭꝫ ꝙ dr̃
⁊ alcalcatarabã:fermos.¶ Ad dolorẽ iuncturarum
⁊ podagrã ⁊ uenã sciaticã:sotira scelitbe ꝭm ꝙ dr̃: ꝯfe
ctio phõrum:confectio bermetis:anacardinũ: ꝯfectio
biere arcbigenis:theodoricon:electuariũ d massacũia
emplm:electuariũ indũ:electuariũ cesaris ꝓpe ad po
dagrã:oleum de storace calefacit iuncturas:⁊ expellit
ab eis superfluitates clisterizatũ.¶ Et ad uenã sciati
cã:electuariũ phlaticũ:medicina kebetb regis: bierapi
cra:oleũ asseled:ramised:oleũ alkifed.oleũ alkekẽgi:
⁊ ꝓpe ad uenã sciaticã kelkelengi:⁊ proprie ad uento
sitates iuncturaꝝ:biera catagini:⁊ proprie ad tremorẽ
caꝝ:pilule de tapsia:sal.¶ Ad dolorẽ dorsi:biera ar
cbigenis:pilule iuuamti:pilule de dende:oleuz kemil
sed:oleũ kelkelengi:oleũ de euforbio:pilule de tapsia:
pilule alie de kelkelengi:electuariũ indũ: confectio de
scoria:nuces ꝯdite.⁊ ad dolorẽ dorsi clisterizatio. ¶
Et ad dolorẽ ãchaꝝ:pilule de tapsia:descriptiõe nr̃a:
oleum de euforbio:confectio hermetis.

¶ Expleta est summa prima antidotarij.Summa se
cunda incipit.

IN hac sũma afferemus de medicis cõpo
sitis illas que st magis ꝓpe unicuiqꝫ egri
tudini:postq̃ reiterabimus rememoratio
nẽ coꝝ que dicta st in sũma pria ut sit ei q̃
legit hunc libꝝ ꝯprebensio oium curatio
nũ aut pluriũ eaꝝ ualde.Et illd est qm̃ ꝩbigratia quꝫ
cõprehendit curationes scabiei eat ad libꝝ ꝭm: ⁊ est li
ber medicinaꝝ simpliciũ ⁊ sciet in hora una ꝯprehensi
onẽ omiũ medicinaꝝ pticulariũ ex tabulis:deinde qũ
permutat ad capitula libri tertij ⁊ q̃rti querat caplm
scabiei ⁊ cõprehendat curationes predictas. deinde
qum permutatur ad antidotariuz cõprehendet reliq̃s
curationes compositas.Erit ergo ei uia ad comprehẽ
dendum curationes particulares omnes aut plurimũ
earum ⁊ diuisi hanc summam in tractatus.

¶ Tractatus primus de dispositionibus capitis: ⁊
de eis que sunt in eo ut cerebrum.

S Tupefactiuū doloris capitis antilis. cuius hec ē permistio. lactis alfarfandi auī. xvi. lactis papaueris ⁊ est opiū auī. iiij. anisi croci se. hyusquiami albi scamonee oium añ. auī. iiij. cōficiātur oia cū aceto deinde fiāt ex eis trocisci ⁊ exiccent in ūbra. quāq; indiges eis liquefac ⁊ lini sr frōtē ab uno tempore ad aliud ꝙ si infirmus fuerit febriens liquefac eos cum aqua ⁊ lini eos.

T Rocisci quibus utebat antilis. ℞. baccaꝝ lauri auī. iiij. scamonee ⁊ opij ⁊ myrrhe ⁊ succi aq̄ acresse oium añ. auī. iiij. se. apij ⁊ croci ⁊ amōi omium añ. auī. viij. cōficiātur illud cū aceto q̄titate q̄ sufficit: ⁊ fiāt ex eo trocisci ⁊ administrentur liniendo.

C Aputpurgiū qd mundificat caput ⁊ ꝯfert patienti ophthalmiā longā ⁊ cui aduenit dolor capitis ⁊ facit descendere ex capite humitatē plurimā. ℞. nigelle auī. ij. salis āmoniaci auī. ij. succi cucumeris asinini auī. i. terat illud bñ ⁊ cōficiat cō oleo qd sit ex oleo qd dī siciōiū aut cū oleo de nigella aut cū oleo de alcāna donec perueniat ad spissitudinē cere liquefacte cum oleo liquefactione humida ⁊ pone ipsuȝ in uase ⁊ utere ipso ita ut linias ex ipso in cōcauitate nariū ⁊ p̄cipe infirmo ut naribus attrahat aerem.

C Aputpurgiū aliud qd purgat sine nocumento ⁊ sedat dolorem capitis statim. Sumātur buchormarien auī. viij. radicum lilij auī. ij. baurac rubei auī. i. misceātur ⁊ administrentur.

C Apurgiū aliū. Buchormariē. ℥. iij. succi foliorū lebleb. ℥. i. s. alfedinon sextā auī. i. succi cucumeris asinini sextā auī. i. ꝑmisce ea ⁊ ꝯfua ipꝫ i uase uitri. qū ergo indiges eo fac de ipso collyriuȝ ⁊ liq̄fac ipsum cum lacte mulieris ⁊ fac caputpurgiū cum eo:

C Aputpurgium qd cōfert ad palysim ⁊ torturā ⁊ mollificatiōm mēbroꝝ ⁊ tremorē ⁊ ad omēs dolores frios ⁊ humidos ⁊ oppilationes que accīt ex frītate ⁊ humiditate in lacertis ⁊ neruis. cuius ꝑmistio h̄ est. Sumatur succi radicis colloquintide hūide ⁊ succi radicis sicle ⁊ succi radicis ratha oium añ. cochlia riū. i. ⁊ nigelle ⁊ grana barmel ⁊ terant ābo bñ deīde cōsice ea cū his succis ita ut cōmisceātur deinde repōe ea: qūq; indiges eo sume de ipso pōdus sexte. ʒ. i. ⁊ solue caputpurgiū cū lacte mulieris lactātis puellā ⁊ fac caputpurgium infirmo ex eo. ipsum enim aperit oppilationes ⁊ calefacit ⁊ confert cerebro ⁊ capiti ad illud quod est in ipso de superfluitatibus.

C Aputpurgium aliud conferens ad dolores capitis antecedentes. ℞. mumie ⁊ nucis muscha te ⁊ ābre ⁊ cāfore ⁊ muschi oium añ. pōdus. ʒ. i. terat unūq̄q; eoꝝ p se deiñ misceant ⁊ ꝯficiāt cū oleo sisami no ⁊ aliq̄to olei de balsamo ⁊ sumat de eo pōd⁹ gra. vi. ⁊ soluat cū aliq̄ aq̄ꝝ ⁊ fiat caputpurgium cum eo.

C Onfectio biere mundificātis ex p̄te q̄ mundificat caput ⁊ expellit ex eo illud qd est in ipso d̄ superfluitatibus ⁊ egritudies malas. Pulpe colloqntide mundate ex granis ⁊ corticibus suis pōdus auī. x. turis ⁊ pipis albi ⁊ nigri ⁊ macropipis oium añ. auī. iiij. ⁊ croci auī. i. ⁊ aloes ⁊ myrrhe ⁊ āmoniaci ⁊ asse oium añ. pondus auī. i. scamonee assate pondus auī. vi. ⁊ succi apsinthij auī. ij. terātur ⁊ cribellentur ⁊ cōficiātur dosis eius sit auī. iiij.

H Iera relata ad hysicos que cōfert ad dolorem capitis ⁊ tenebrositatē ⁊ dolo ē stō ⁊ splenis ⁊ epatis. cuius hec est permistio. Sumātur turis mūdati ⁊ agarici āboꝝ añ. auī. xvi. ⁊ pulpe colloquintide mūdate ex cortice ⁊ grāis suis pondus auī. ij. ⁊ sticados ⁊ piperis albi ⁊ nigri oiuȝ añ. auī. xvi. ⁊ myrrhe auī. iij. ⁊ croci auī. vi. ⁊ corticum bellebori nigri ⁊ aloes ⁊ scamonee ⁊ squille assate ⁊ spice ⁊ casie omnium añ. auī. xvi. ⁊ sandarace ⁊ euforbij oium añ. auī. viij. terātur medicine sicce ⁊ infundantur gummi ⁊ misceantur ⁊ conficiantur ⁊ sit dosis eius auī. iiij.

C Onfectio biere relate ad orios. Pulpe colloquintide mundate ⁊ excorticate a granis suis ⁊ turis āboꝝ añ. ʒ. xx. ⁊ aristologie rotunde ⁊ se. apij montani ⁊ piperis albi oium añ. ʒ. v. ⁊ serapini ⁊ opponaci amborum añ. pondus. ʒ. viij. ⁊ spice odorifere ⁊ lingue auis ⁊ cinamōi ⁊ casie ⁊ croci ⁊ ȝinȝiberis ⁊ polij omnium añ. ʒ. iiij. terantur medicine sicce ⁊ ifūdantur gummi ⁊ misceantur.

P Ilule salue mundificātes caput. ℞. turbit ⁊ aloes āboꝝ añ. ʒ. x. colloquintide ⁊ scamonee omnium añ. ʒ. iij. anisi ⁊ salis amborum añ. ʒ. ij. dosis eius. ʒ. ij. ⁊ debilis aure⁹. i.

P Ilule cōferentes ad dolorē capitis ex melā. Epithymi ⁊ agarici āboꝝ añ. ʒ. iiij. polypodij ʒ. iij. biere. ʒ. vij. salis. ʒ. ij. s. myrobalanoꝝ nigroꝝ. ʒ. v. lapidis lazuli. ʒ. ij. dosis. ʒ. ij. s.

P Ilule cōferentes ad dolorē capitis ex phlāte ⁊ mēa. ℞. myrobalanoꝝ kebuloꝝ ⁊ bellīricoꝝ ⁊ ēblicoꝝ oiuȝ añ. pondus. ʒ. iij. salis. ʒ. iiij. sticados. ʒ. ij bierepicre. ʒ. viij. pulpe colloqntide. ʒ. iiij. apsinthij. ʒ. ij agarici. ʒ. viij. turbit ⁊ epithymi āboꝝ añ. ʒ. xv. bellebori nigri. ʒ. v. dosis earum. ʒ. ij. s.

D Ecoctio aque de radicib⁹ cū qua sumit i potu oleū de kerua ad dolorē capitis ex phlāte ⁊ v̄tiginē ⁊ epilepsiā. ℞. corticū radicū apij ⁊ feniculi oiū añ. ʒ. x. radicū squināti ⁊ calamiti montāi ⁊ spice odorifere ⁊ aristol. rotunde oium añ. ʒ. viij. fumi terre. ʒ. vij. myrobal. citrinoꝝ pondus. ʒ. viij. epithymi. ʒ. iiij. masticis. ʒ. iij. s. polij. ʒ. iiij. decoq̄tur cū. iiij. lb. aq̄ dōec remaneat. lb. i. ⁊ infundāt i ea bierepicre. ʒ. iiij. ⁊ sumāt de ea oi die. ℥. iij. cū pōdere. ʒ. i. olei de kerua.

D Ecoctio collecta que solone educit humores. ℞. myrobal. nigroꝝ ⁊ citrinoꝝ ⁊ kebuloꝝ oiuȝ añ. ʒ. x. pruna. xxx. numero tamarindoꝝ. ʒ. xv. fumi terre. ʒ. vij. apsinthij. ʒ. iij. decoq̄tur cū trib⁹. lb. aque donec remaneat. lb. i. s. ⁊ sumātur de ea due ʒ. lb. s. ⁊ cōficiātur i ea. ʒ. i. turbit ⁊ aloes due ʒ. ʒ. i. agarici ʒ. ʒ. i. ⁊ bibat ⁊ si uoluerit eā debilē nō ꝓĳciāt i^a tria sed friget in ea casie fistule mundate a granis suis. ʒ. x.

E Migranea. Trocisci qui cōferunt ⁊ efficiūt opatiōm qū linit ex eis bis aut ter ex tp̄re ad tp̄s. quoꝝ hec est permistio. ℞. croci aure. xv. ⁊ calcadis aure. x. ⁊ myrrhe ⁊ aluis ⁊ opij ⁊ succi acresse sicci ⁊ colcotar omniū añ. aure. iij. ⁊ gūmi aure. xv. terat illa ⁊ ꝓĳciātur desup uini stiptici q̄tū sufficit ⁊ terat sicut terit collyriuȝ ⁊ fiāt ex eo trocisci. Q̄ūq; indigebis eis liquefac eos cum aceto permisto ⁊ utere eis.

M Edicamē ad emigraneā antiq̄. Piperis albi aure. ij. ꝯmistōis croci aure. ij. euforbij aure. s fimi columbini aure. s. encaustri scriptoꝝ aure. s. terebas medicinas ⁊ permisce ⁊ confice ⁊ line cum eo laterum temporis ⁊ annecte fronti illius ptis.

C Tractatus secūdus. de oculo ophthalmia ⁊ attractione materierum ad oculum.

C Ollyriū qd ꝯposuit uir faciens alcobol de

terra persarum. Recipe sief memithe aureos. xlviij. sarcocolle auī.xxiiij.scedenigi auī.xij. opij auī.xij. succi mādragore auī.viij.gūmi auī.xvi.conficiātur cū aq̄ pluuiali ⁊ administrentur cum albumine oui.

Confectio medicine aristratis faciēs ad scabiē ⁊ ophthalmiā antiq̄ ⁊ ꝯfert auri ex q̄ currit pus ⁊ ulceribus quoꝝ ꝯsolidatio est difficilis ⁊ corrosōi que accidit in ore. ℞. uitri ꝯbusti auī.ij.myrrhe aure. ij. dragagāti adusti aure.i.piperis aure.iij.croci aure.s.uini.ʒ ix. coagulati vue.ʒ.xlv. Tere medicinas siccas ⁊ aspge super eas in trituratiōe uinū. Et qū exiccātur ꝓijce sup eas coagulatū vue ⁊ terātur cū eo ⁊ ponātur in uase ⁊ decoq̄tur lento igne ⁊ seruetur in uase eris.

Epithima qd̄ ꝯposuit filodesitis ꝯferēs ad māꝫ plurimā ⁊ dolorē uehemētē. ℞. rosaꝝ recentiū aure.ij.se.hyusquiami albi aure.viij.turis aur.vi.myrrhe aure.iiij.sauicor.ʒ. xviij.uitellū oui.i. assatū succi mādragore aure.iiij.croci aure.ij.opij aure.iiij.conficiantur cum uini stiptici quātitate que sufficiat ⁊ fiāt ex eis trocisci ⁊ administrentur.

Aliud qd̄ dicit vuula. Eris usti abluti auī.xij. croci aure.vi.piperis albi aure.iiij.myrrhe ⁊ opij āborum añ.aure.iij.gummi aure.xij.teratur cum uino ⁊ administetur.

Collyriū aliud qd̄ admistrat añ balneū ꝯferēs ad cursum materieꝝ plimaꝝ ⁊ ꝓpe qñ oculus est difficilis humectationis ⁊ est apa e⁹ ad albedinē decliue i colore suo ita ut sit in eo aliqd̄ de uestigijs ophthalmie uehemētis in q̄ eleuat albedo oculi super nigredinē e⁹ Et non est nobis necessariuꝫ ut utamur eo nisi in hora qua precipimus infirmo ut ingrediatur in balneuꝫ in successione e⁹. ℞. lapidis qd̄ dī̄ sabasatos aure.viij. turis aure.vij.eris vsti abluti ⁊ opij ⁊ gummi omniū añ. aure.viij.myrrhe aure.iiij.conficiātur cum uini q̄ttitate que sufficit ⁊ administetur cum albumine oui subtili ita ut distilletur de eo in oculo multotiens.

Collyriū aliud qd̄ admistrat añ balneū qd̄ cōposuit hermes factor alcohol faciens ad dolores uehemētes ⁊ sedat eos in die suo sedatiōe plīma ⁊ ꝯfert ad ophthalmiā antiq̄ ēt. Aloes aure.viij.eris usti abluti opij ⁊ gūmi oīūm añ.aure.xvi.myrrhe aure.xij.croci aure.viij.climie aure.iiij.turis aure. iij. conficiantur cū uino uel siru po qui dī̄ cādinison ⁊ admistretur cū albumīe oui ⁊ soluat subtile: ⁊ oꝫ ut oculo fiat alcohol ex eo in horis sepatis in eo qd̄ est inter oēs trēs horas aut q̄ttuor deinde dimittat ocul⁹ q̄escere ⁊ pausare ⁊ ꝑcipiat infirmo p⁹ illud ut ingrediat balneum.

Collyriū valens qd̄ sedat doloreꝫ in die suo ⁊ dī̄ rabiosum ⁊ resoluit apata ⁊ carminat ipm̄ i hora sua. ℞. antimonij ⁊ acatie āboꝝ añ. aure.xl. climie aure.vi.eris vsti abluti aure.xiiij.cerus̄e de plūbo aure.viij.spice ⁊ lilij āboꝝ añ.aure.iiij.castorei ⁊ aloes ⁊ apij ⁊ colcatar adusti oīum añ.aure.ij.gūmi aure.xl.ꝯficiātur cū aq̄ in q̄ decocte sīt rose ⁊ admistret cū albumine oui ⁊ liq̄fiat declinās ad spissitudinem quādā.

Collyriū qd̄ ꝯposuit Gal. ⁊ cognoīat ꝯposituꝫ ꝓpum ꝓficiens ad dolores uehemētes ⁊ egritudies qū sīt in declinatione sua. ℞. climie ablute auī. xvi.acacie auī.xl.eris usti abluti aure.xiiij.opij ⁊ licij ⁊ folij ⁊ spice odorifere ⁊ croci ⁊ aloes ⁊ castorei oīuꝫ añ.aure.ij.myrrhe aure.iiij.ceruse đ plūbo ⁊ antimōij abluti āboꝝ añ.aure.viij.gūmi aure.xl.ꝯficiatur cū aq̄ ⁊ administretur in inceptione egritudinis.

Collyriū qd̄ dī̄ fakis ⁊ ꝯposuit ipꝫ mulier regina faciens ad dolores uehemētes: c⁹ hec ē permistio. Climie aure.xvi.ceruse ablute aure.xl.amili ⁊ dragagāti ⁊ acatie ⁊ opij omniū añ.aure.ij.gūmi auī.xij.ꝯficiātur cū aq̄ pluuiali. Si āt aduēit hora i q̄ facis ex eo collyriū ꝓijce sup album̄ oui recētis ⁊ utere eo.

Collyriū qd̄ noīat estiuū. Climie aduste ablute ⁊ boli sermos ceruse de plūbo oīum añ.auī.xx.corticū eris ablutorū ⁊ acatie ⁊ corticū turis oīum añ.aure.ij.dragagāti auī.v.gūmi aure.xv. conficiātur cum aqua ⁊ administretur cū albumine oui.

Collyriū qd̄ dī̄ stella qd̄ nō uincit ꝯferens ad dolores uehemētes ⁊ bothor ⁊ apertionē pupille ⁊ ulcera sordida ⁊ ulcera corrosa ⁊ egritudines āti q̄s ⁊ abstergit ⁊ aufert vestigia. ℞. climie aduste ablute ⁊ ceruse de plūbo ablute oīum añ.aure.xv. amili ⁊ antimonij āboꝝ añ.aure.xij. cineris de fornace in qua purgat es stāni adusti abluti boli sermos oīuꝫ añ.auī. viij.myrrhe opij āboꝝ añ.aure.ij. dragagāti aure. viij. conficiātur cū aqua pluuiali.

Collyriū theocratis: ⁊ est medicam̄ ualens. ℞. climie ⁊ croci āboꝝ añ.aure.xij.opij ⁊ corticū eris āboꝝ añ.aure.vi.corticū sabrocā mundatoꝝ ⁊ plūbi adusti abluti āboꝝ añ.aure.v.myrrhe auī.iij.spice odorifere auī.ij.acatie auī.ij.succi ros. ⁊ gūmi omniuꝫ añ.aure.xij.conficiātur cum aqua pluuiali.

Collyriū qd̄ noīat rosaceū ⁊ ꝯposuit ipꝫ biblis faciens ad dolorē uehemētē ⁊ ad attractiōꝫ materieꝝ subtiliū plurimaꝝ ⁊ bothor ⁊ distillatiōm pupille: c⁹ hec est permistio. Rosaꝝ recentiū ablatis capitib⁹ aure.iiij.croci aure.iiij.opij sextā aure.i.spice odorifere sextā aure.i.gūmi aure.iij.conficiatur cum aq̄ pluuiali ⁊ administretur cum albumine oui.

Collyriū aliud rosaceū qd̄ noīat bonū ⁊ ꝯfert ad has egritudines ꝓdictas. ℞. rosaꝝ mundataꝝ aure.xxiiij.croci aure.xij.amili aure.vi.balaustiaꝝ aure.iiij.opij aure.iiij.draganti aure. viij. confiātur cum succo foliorum cupressi.

Collyriū rosaceū qd̄ ꝯposuit tarētios. ℞. rosaꝝ recentiū aure.xij.cineris de fornace in qua purificatur es ⁊ spice odorifere ⁊ croci ⁊ opij ⁊ gūmi omniū añ. aure.iiij.conficiatur cum aqua pluuie.

Collyriū rosaceū qd̄ cōposuit debigorus ⁊ nominat collyriū magnū cōferens ad dolorē uehemēteꝫ in locis bothor ⁊ ulcera ꝓfunda saniosa accidētia in tunica cornea ⁊ dilatatiōm pupille ⁊ mām̄ q̄ attrahit ipe longo ⁊ ophthalmiā antiq̄: c⁹ sanatio est difficilis. ℞. rosaꝝ recentiū ablatis capitibus aure. lxxij. climie aduste ablute aure.vi.opij aure.iij.ātimōij auī. ij. ⁊ quidā ponūt de eo aure.vi.corticū eris spice odorifere añ.aure.ij.myrrhe aure.iiij. Et quidā homies ponūt de ea aure.vi.floris eris aure.duos. Et quidā ponunt de eo auī.iij.gummi aure.xxiiij.conficiātur cum aqua pluuiali ⁊ administretur cum lacte.

Collyriū iuuatiuū fcm̄ cū ieusemin conferēs ad attractiōm materieꝝ. ℞. acatie ⁊ succi sambac āboꝝ añ.aure.xliij.cineris fornacis in qua purgat es ⁊ croci āboꝝ añ.aure.xxiiij.opij aure.iiij. ⁊ in descriptione alia aure.vi.myrrhe aure.iiij. succi hyusquiami albi aure.iiij.eris usti abluti aure.iiij.gummi aure. xl. conficiatur cum uino.

Collyriū qd̄ dī̄ pomale ꝯueniens ei c⁹ nō tollerat oculus tactū medicinarum ⁊ confert ad bothor ⁊

ulcera ꝓfunda ⁊ sordida accñtia ĩ tunica cornea ⁊ ad
dilatatiõm pupille ⁊ ad mãm pꝛimã ⁊ egritudĩes pxi
mi tꝑis ℞.climie aduste extĩcte in lacte auꝛ.xvi. ceꝛu
se ꝺ plũbo ablute aure.viij.croci aure. iiij. dragagãti
aure.ij.ꝯficiãt cũ aq̃ pluuiali ⁊ admistret cũ albuĩe oui

Collyriũ qꝺ noiat noĩe derinato a noĩe illius
qui cõposuit ipm suribes ⁊ est collyriũ utile ꝯ
ferẽs ad dolores antiquos ⁊ ꝯsumit carnẽ additã que
est in angulo maiore de angulis oculi ⁊ est egritudo q̃
dr̃ lachrymia ⁊ ad uulneꝛa que exeũt in hoc angulo ⁊
sũt fistule.℞.climie ablute ⁊ scedenegi adusti abluti om
niũ añ.auꝛ.xxviij.cineris de fornace in qua purgatur
es aur.xxiiij.myrrhe aur.xlviij.croci auꝛ.iiij.opij aur.
viij.piperis albi gra.xxx.numeꝛo gũmi aur.vi. confici
ant cũ uino ⁊ admistret cũ albumĩe oui in locis ꝓpin
qui tꝑis ⁊ sit subtile.Et quidã hoĩes sũt q̃ ponunt ĩ eo
croci aur.xij.

Collyriũ aereũ qꝺ noiat indũ de ꝓꝓetate cꝰest
ut prohibeat gñatiõm oĩs speciei ophthalmie ⁊ ꝯfert
ad corruptiõm ⁊ pruritũ ⁊ corrosiõm anguli maioris
oculi ⁊ delet uestigia ⁊ conseruat oculũ cui ex eo fit al
cohol ita ut nõ cõturbet cũ eo pꝰipm.℞.ceꝛuse ꝺ plũ
bo aur.xlviij.climie cabrusie aur.xxiiij .encaustri indi
aur.v.armenios ⁊ cõmistionis que dr̃ kesuꝛicon ⁊ eiꝰ
expositio est hedus ⁊ succi acreste sicci ⁊ opij oĩuz añ.
aur.v.piperis albi aur.vi.olei balsami aur.viij. Et in
descriptione alia aur.vi.gũmi arabici auꝛ.xvi.cinamo
mi aur.ij.conficiãt cũ aqua pluuiali ⁊ admistret.

Medicamẽ conferens ad apa uehemẽs ⁊ apa o
culi qꝺ excitat ex attractiõe calitatis.℞. opij
⁊ dragagãti ⁊ feluzeharagi ⁊ ceruse oĩum añ.ʒ.vi.gum
mi arabici.ʒ.xij.tere oĩa ⁊ ꝯtere deinde accipe sebesa
hẽ recens ⁊ decoq̃ ipm cũ.lb.i.aq̃ pluuialis donec ꝑ
ueniat ad tertiã deinde cola aq̃ eꝰ ⁊ confice cũ ea medi
camẽ deinde fac ipm in pilulas similes ciceri ⁊ exicca e
as in vmbra.Qñq3 uolucris facere oculo alcohol ex
ipsis frica eas cũ aq̃ fꝛa aut cũ lacte mulieris:aut cum
albumĩe oui aut cũ aqua fenugreci decocti sup frustuz
ostraci aut super cotem uiridẽ deinde fac oculo alco
hol ex eo in mane duodecies iponẽdo cũ radio aut sep
ties ⁊ in uesperis totidẽ:ipm eñ frãgit calitatẽ ⁊ absc
dit infusiõm que attrahitur ad ipsum ⁊ confortat ocu
lum ⁊ delet apostema.

Medicamẽ conferens ad ophthalmiã uehemẽtẽ
sedans apostema ⁊ remouet infusionem ⁊ sedat calidi
tatem. ℞.sief memithe.ʒ.xlviij.croci pondus.ʒ.xxiiij
⁊ opij pondus.ʒ.duodeci.⁊ feluzeharagi ⁊ trociscoruz
succi hyusq̃ami albi sicci oĩum añ.ʒ.vi.⁊ folioꝝ rosarũ
humidaꝝ quoꝝ folioꝝ radices albe abscisse sũt pondꝰ.ʒ
xl.⁊ gũmi arabici pondus.ʒ.xlviij.tere totũ illud ⁊ cõ
tere ipm cũ aq̃ pluuiali ⁊ aqua meliloti si fuerit hũidũ
⁊ exprime ipm.Si uero fuerit siccũ decoq̃ ipm deĩde
cola aq̃ eꝰ ⁊ contere medicinas ⁊ confice eas cũ aq̃ eꝰ
deinde fac de eo pilulas similes ciceꝛi ⁊ exicca eas de
inde frica ipsas super cotem aut ostracũ cuz aq̃ fꝛa aut
cũ lacte mulieꝛis aut cum albumine oui deinde fac o
culo cum eo alcohol mane ⁊ in sero.

Medicamẽ qꝺ noiat duo maiora rubeũ faciens
ad ulcera que sũt in oculo ⁊ ad ardorẽ uehemẽtẽ ⁊ mũ
dificat oculũ ex humorositate que attrahit in eo ex mĩ
titudine humiditatis ⁊ superfluitatũ ⁊ confortat tegmẽ
tũ oculoꝝ.℞.opij ⁊ scedenegi eris usti ⁊ ostracoꝝ adu
stoꝝ ⁊ medulle tritici oĩum añ.pondus.ʒ.viij. gũmi a
rabici pondus.ʒ.xlviij.ceꝛuse pondus.ʒ.lxiiij.climie.ʒ
xxviij.teꝛe scedenigi ⁊ es ustũ per se cũ aq̃ ꝯtritiõe bo
na deinde ꝑmisce oĩa ⁊ contere ea qñ sũt sicca deĩde fac
ex eo alcohol oculo sicut fit alcohol cũ antimonio.

Confectio emplri qꝺ ponit super oculũ ꝯferẽs
ad uehemẽtẽ calorem ⁊ exiccatiõm oculi ⁊ ab
scindit ab eo humiditatẽ que attrahit ad ipm ⁊ cõfor
tat oculũ ⁊ sedat dolorẽ.℞. folioꝝ rosaꝝ siccaꝝ ⁊ corti
cũ granatoꝝ dulciũ humidoꝝ ⁊ lentiũ oĩum añ.pondꝰ
ʒ.v.⁊ funde sup ea.lb.i.aq̃ ⁊ decoq̃ ea bñ ⁊ cola ipsa
ex aq̃ ⁊ ꝯteꝛe ea bñ ⁊ ꝯfice ea cũ aliq̃tulo aque rosacee
⁊ olei rosacei deinde pone ea super oculum.

Medicamẽ conferens ad dolores oculi calidos
℞.croci ⁊ olibani ⁊ aloes ⁊ myrrhe ⁊ opij ⁊
sarcocolle oĩum añ.ʒ.v.disrũpe ⁊ contere ea ⁊ lini sup
oculũ in principio doloris cũ aceto ⁊ aq̃ endiuie aut a
qua portulace aut aq̃ hyusquiãi albi aut aq̃ coriãdri
humidi.Qñ ãt portendit dolor lini ex eo super oculũ
⁊ frontẽ ⁊ cornua frontis cũ uino ⁊ calefac ipm aliq̃
tulũ aut sume de sauic ordei pondus.ʒ.iiij.⁊ croci hõ
tulanis siluestris pondꝰ.ʒ.ij.⁊ opij põdus.ʒ.i.tere ipa
bene ⁊ confice ea cum oleo rosꝫ.⁊ pone ipsum supeꝛ o
culũ patientẽ ophthalmiã ⁊ apa calidum.

Cohol qꝺ noiat astaliticon conferens ad ꝯtur
batiõm oculi ⁊ rubificatiõm eiꝰ qñ distillat ⁊
qñ fit ex eo alcohol ad inceptiõm cataꝛroꝝ.Et qñ mi
scet cũ eo alcohol rosꝫ.℞.tutie ⁊ eꝛis usti ⁊ aloes oĩuz
añ.ptem.i.⁊ myrrhe ⁊ spice oĩum añ.quintã ptis.i. ⁊
croci ⁊ opij ãboꝝ añ.ptẽ.i.⁊ acatie pure ptes.iiij. ⁊ li
cij quintã partis.i.⁊ gũmi arabici ptes.iiij. tere tutiã
⁊ es ⁊ aloẽ ⁊ acatiã cũ aque dulcis sextarijs.iiij.deĩde
tere liciũ ⁊ crocũ ⁊ opiũ in tabula alia.v.diebus dein
de cõmisce cũ eis ⁊ infunde aloẽ in aq̃ ita ut liquefiat
⁊ funde super medicinas ⁊ permisce conterendo dein
de fac trociscos aut pilulas ⁊ fac cũ eis alcohol.

Cohol conferens ad oẽs dolores oculi accidẽ
tes ex catarris.¶ Sumãtur folia rubi ⁊ exp
mat aq̃ eoꝝ ⁊ colet ⁊ terat in tabula donec ingrosset
⁊ terat paulati deinde sumat q̃ntũ ipsa est de gumi ara
bico ⁊ fundat cũ aq̃ pauca ita ut liquefiat ⁊ fiat sicut
mel deinde misceat cũ aq̃ rubi ⁊ ꝯficiat cũ ea aliquot
diebꝰ ita ut sit possibile fieri ex eis pilulas deinde fiãt
pilule ⁊ exiccent in umbra ⁊ fiat cũ eis alcohol.

Ulcera oculi ⁊ bothor eius ⁊ pus in eo.Sciaſ
q̃ collyriũ stelle predictum est uehementis iu
uamenti in eis ⁊ similiter collyrium iuuatiuum ⁊ col
lyrium pomale est ultimum.

Collyriũ qꝺ refert ad macur faciens ad egri
tudines ⁊ pus que sũt in oculo.℞. tucie aure.
xxxij.eris usti aur.xxij.croci aur.xvi.myrrhe aur.xvi.
sedine auꝛ.x.piperis albi gra.xl.numero gũmi aure.
xl.conficiãtur cũ uino ⁊ indescriptione alia ponunt ĩ
eo opij.aur.x.

Disruptio cornee.¶ Collyriũ rosꝫ.ꝯfert ad oẽs
egritudines ⁊ spẽs dilatatiõis pupille.

Puluis replẽs foueas cornee.℞. ostracoꝝ ma
gnoꝝ adustoꝝ ⁊ scedenegi ãboꝝ añ.ʒ.i. terant
⁊ pulueꝛizet cum eo oculus.

Algarab.¶ Collyriũ qꝺ cõposuit suribes est
iuuatiuum ad algarab.

Albedo uestigioꝝ ulceꝝ ꝯfeꝛũt ad albedinẽ me
dicamẽ egyptiũ:⁊ collyriũ indũ:⁊ alcohol cuz
stercore stellionis est iuuatiuum.

Collyriū citrinū aliud scit kiles almatrā ɔferēs ad caliginē ⁊ tenebrositatē uisus ⁊ ad egritudines acutas ⁊ delet uestigia ⁊ duritiem. ℞. climie aure. xxiiij. succi acreste sicci aur. xij. salis āmoniaci tmdez o pij aur. viij. gummi aur. xxiiij. ceruse de plumbo tantūdem croci aur. xvi. piperis albi aur. xxiiij. confice cuz aqua pluuiali.

Alcobol aliud mirabile qđ exptum ē ⁊ laudat in albedine ⁊ lachryma ⁊ est mesie ⁊ abstergit caliginē ⁊ oēm grossitudinē que est in palpebra ⁊ acuit uisū ualđ ℞. tutie ide. ʒ. ij. s. antimonij de spahani. ʒ. iiij. marchasite pondus. ʒ. ij. s. eris usti pondus. ʒ. ij. ⁊ duaꝝ tertiarū. ʒ. i. climie auri ⁊ climie argenti āboꝝ an̄. aur. i. sceđnegi pondus. ʒ. i. coralli ⁊ margaritaꝝ paruaꝝ ⁊ corticū eris oīum an̄. pondus. ʒ. ij. sceba armene pond⁹. ʒ. ij ⁊ duaꝝ tertiaꝝ. ʒ. i. aque distillationis nitri pōdus. ʒ. s. ⁊ uitri pharaonis pōdus. ʒ. s. tere bas medicinas cū aqua pluuiali ⁊ qn̄ ɔtrite sīt ꝓijce super eas cāfore trite pōdus sexte. ʒ. i. muschi pōdus silique. i. ⁊ misce ɔterēdo ⁊ fac pilulas ⁊ exicca in umbra ⁊ frica in ostraco cum aqua ⁊ fac alcobol cum eo.

Aliud iuuatiuū ad albedinē exptū mirabile. sumat limature acus pondus. ʒ. ij. ⁊ sambaci pōdus. ʒ. i. deinde terātur ābo simul ⁊ ponātur in cōcauitate arūdinis ⁊ stringat os cānule oppilādo cū massa ⁊ cooperiat arūdo tota cū massa ⁊ desuper inuoluat luto ɔfecto cū capillis ⁊ inuoluātur super ipm ⁊ coopiat p⁹ illud cū luto alio deinde apponat carbonibus donec ṽtat i lapidē ⁊ fiat sicut testa ⁊ extrahat ⁊ auferat medicina illa ⁊ accipiat climie albe trite pōdus. ʒ. triū ⁊ misceatur cū hac medicīa ⁊ reducat ad cānulā aliā deinde fiat ex ea sicut fcm̄ est ex prima. Qū ergo in lapidē conuertit extrahat ⁊ intendat ad folia lini collecta an̄q̄ aduenerit eis pluuia ⁊ exiccata ⁊ sumat de eis pōdꝰ. ʒ. i. ⁊ margaritaꝝ nō pforataꝝ pōdus. ʒ. s. ⁊ terātur bn̄ cū reliquis medicinis ⁊ terātur oīa simul ɔtritione ultima donec fiāt sicut puluis. Qū ergo uolueris curationē facere cū eo tunc fac oculo alcobol cuz succo radicis lilij tribus dieb⁹ cōtinuis deinde fac ei alcobol post cū hac medicina ⁊ fac alcobol p⁹ illud uno die ex hac medicina ⁊ uno die ex succo lilij.

Puluis ad albedinē. ℞. floris eris ⁊ āmoniaci ⁊ cācri mari adusti oīuz an̄. ʒ. v. pulpe colloq̄ntide. ʒ. ij. s. fellis tauri ⁊ baurac armeni omniū an̄. ʒ. ij. salis gemme. ʒ. iij. piperis albi. ʒ. xx. spume maris. ʒ. iiij. corticuz ouoꝝ ex quibus egressi sīt pulli sub gallīa. ʒ. iij. liature cotis. ʒ. v. stercoris lacerti. ʒ. x. margaritaꝝ. ʒ. iiij.

Sebel. Alcobol bonū ad sebel de eis que expta sīt ⁊ laudata. Sumātur cortices ouoꝝ hora q̄ aperiunt sub gallina ⁊ bulliāt cū aceto forti. x. dieb⁹ cōtinuis deinde colent ⁊ ponātur in āpulla uitri aut i uase uitriato ⁊ ponat uas in loco qui sit ut nidus sub sole donec exiccet qđ in ipso est deinde sumatur ⁊ terat ⁊ fiat alcobol cum eo.

Lachryma collyriū qđ dixit mesias ad albuginē fcm̄ ex tutia confert ad eas.

Grossitudo palpebraꝝ ⁊ grauitas eaꝝ ɔfert ad ea alcobol cognominatū missandros ⁊ dicā ipm in c° scabiei ⁊ confert medicam̄ aristratis predcm̄ ⁊ collyrium de tucia qđ dixit mesias ad albedinez.

Collyriū exptū kebime egyptiū ɔferens ad duritiem ⁊ albedinē ⁊ abscindit corticē durū stati. ℞. floris eris ⁊ āmoniaci āboꝝ. ʒ. aur. vi. salis defossi aure. iij. pulpe colloq̄ntide aur. iij. ⁊ duas tertias aur. i. fell' vaccini aur. ij. baurac nigri aur. i. s. piperis albi gra. xl. numero mellis boni cyathos vi. ⁊. ℥. ix. permisceat ⁊ ponatur in uase ⁊ recōdatur.

Collyriū qđ dr̄ arastusemon cōferens ad attractiōm materieꝝ chronicā ⁊ ad grauitatē palpebraꝝ ⁊ asperitatē eaꝝ ⁊ liquefactiōm lachrymalis oculi ⁊ seiunctiōm e⁹ ⁊ corrosiōm ipsius ⁊ ad humiditatē plīmā que est in oculo ⁊ ad augm̄tū pāniculi ⁊ aufert uestigia ⁊ duritiem. ℞. antimonij aur. iij. eris usti ⁊ ceruse de plūbo āboꝝ an̄. aur. ij. croci ⁊ myrrhe ⁊ corticū turis ⁊ floris eris ⁊ lētiū rubeaꝝ omniū an̄. aure. i. piperis albi aur. s. gūmi aur. ij. cōficiat cum uino ⁊ administret dissolutum cum eo.

Collyriū citrinū qđ dr̄ fanaratis ⁊ est collyriuz iuuatiuū cōferens ad scabiē ⁊ corrosiōēm in utrisq3 lachrymalibus ⁊ pruritū uehem̄tē ⁊ grauedinez palpebraꝝ. ℞. climie aur. lxxx. colcotar albi aur. xxx. cōficiat cū aq̄ pluuiali.

Scabies oculi ⁊ pruritus eius. Collyrium indum confert ad pruritum.

Alcobol n̄ errās qđ ɔposuit cesar factor alcobol faciens ad pruritū ⁊ ad grossitudinē palpebraꝝ. ℞. climie cabrusie aur. xxiiij. sedine aur. vi. Et in descriptione alia aur. xvi. terātur donec fiat in loco sauic ⁊ conficiat cū melle ⁊ aduraf ⁊ infundat uinū qđ extinguat ipm ⁊ exiccet deinde terat ⁊ fiat cū eo alcobol.

Alcobol mesiton ad pruritū ⁊ humiditatē oculi ⁊ corrosiōm lachrymaliū ⁊ scabiē uehem̄tē in palpebris climia frāgat in frusta pua ⁊ cōficiatur cuz melle ⁊ ponat in urceolo figuli ⁊ oppilet os e⁹ ⁊ luto liniat ⁊ fiat foram̄ in medio coopertorij ut sit fumo eleuato ex adustiōe medicine spiraculuz per qđ egrediat deinde ponat urceolus preparatus in medio carbonū accensoꝝ. Qūq3 inceperit climia aduri tunc cōsidera fumū ascendentē tunc si uideris eū decliuē adhuc ad nigredinē dimitte medicinā cōburri donec uideas illū fumū fieri albū tunc ei scias q᷑ medicine iā ɔfirmata ē cōbustio tunc ergo remoue urceolū ab igne ⁊ extrahe climiā ⁊ funde super eā uini q̄ntitatē qua infīcit deide pone eā in mortario ⁊ cōtere eā bene ⁊ exicca ⁊ hua eam donec cōmisceas ipsā in alcobol cum quo ꝑmiscetur. ⁊ hec est descriptio alcobol. ℞. climie huius aure. vij. ⁊ antimonij tantūdem tere oia ⁊ conserua ⁊ facire ex eo super palpebras mane ⁊ sero.

Collyriū apolonij ad scabiē ⁊ casum palpebrarū ⁊ egritudines antiquas. ℭ Scedenegi adusti ablvti aur. xxxij. eris adusti abluti aur. xvi. lapidis saialistos adusti abluti aur. xxxij. floris eris fricati aur. xvi. opij. aur. iij. Et in descriptione alia aur. vi. climie aur. iiij. colcotar adusti aur. iiij. gummi aur. xvi. ɔficiatur cum aqua pluuiali.

Medicam̄ qđ ɔposuit cassios ad aq̄ q̄ descēdit in oculū. Sumat fel tauri ⁊ eūa ipm in uase eris ⁊ dimitte ipm. x. diebus deiñ sume de ipso aur. xij. croci ⁊ olei balsami ⁊ oppopōaci oīuz an̄. aur. ij. pipis gra. xij nūero mell' hōi duplū q̄titatis fell' misce oia ⁊ decoq̄ i uase eris deiñ pone ip3 in pyxide eris ⁊ ɔhua ipsum.

Medicam̄ aliud qđ ɔposuit polonisos. Sume spvmā maris ⁊ adure ipsā sr̄ testā ⁊ tere cinerē e⁹ ⁊ ɔfice ip3 cū sāguie tice ⁊ pōe in uase de cornu. Qūq3 euellūt pili tc̄ lini sr̄ locū eoꝝ đ h° medicamie.

Epithima qđ cōposuit fulukesanis ɔferens ad

mām plimā ⁊ dolorē uehemētē.℞.rof.recentiū aur.ij.
se.hyusquiami albi aur.viij.turis aur.vi.myrrhe aur.
iiij.sauic de ordeo aur.xviij.vitellum oui.i.assatū succi
mādragore aur.iiij.croci aur.ij.opij aur.iiij.confician
tur cum uini stiptici puri quātitate que sufficit ⁊ fiant
ex eo trocisci ⁊ administrentur.

Collyriū qd̄ dr̄ indū ⁊ regiū ꝯferēs ad inceptō
ne descēsus aq̄ ⁊ ad oēm caliginē hūidā exn̄tē ī oculo
⁊ aufert uestigia vlceꝝ in oculo. Climie rubee aduste
ablute.℥.xvi.encaustri idi.ʒ.vi.ceruse de plūbo.℥.iiij.
piperis albi.℥.vi.fellis dehoha.i.⁊ fellis safer ⁊ existi
mauerūt ꝙ est subot.vij.felliū alcubugi.iiij.lactis papa
ueris.℥.i.olei balsami.℥.ij. oppopo nacī ⁊ sapini ābo
rum an̄.℥.ij.gūmi.℥.xij.confice cuꝫ succo feniculi aut
cum succo plāte que dicitur abradies.

Collyriū ꝯferens ad tenebrositatē ⁊ inceptiōꝫ aq̄
in oculo.Fellis ursi.ʒ.iiij.oppoponaci ⁊ piperis āboꝝ
an̄.ʒ.iij.olei antiqui ⁊ oppobalsami ⁊ succi feniculi hu
midi omium an̄.ʒ.ij.climie pondus.ʒ.i.mellis.℥.i. terē
ipm̄ ⁊ misce ⁊ pone ipsum in āpula uitri munda ⁊ po
ne ipsum in sole diebus.vij. deinde fac oculo alcohol
ex ipso cū extremitate radij mane ⁊ sero.

Medicam̄ qd̄ ꝯfert ad tenebrositatē ⁊ ad illū q̄
uidet rē ex lōginquo ⁊ nō uidet eā ex ꝓxio ⁊ ad aggre
gatiōꝫ aq̄ in oculos.cuꝰ h̄ est ꝑmistio.Fellis corui nigri
⁊ fell' ꝑdicis ⁊ fell' gruis ⁊ fell' adhoba ⁊ fell' capr̄ oiuꝫ
an̄.pō.ʒ.ij.mell' colati pō.ʒ.iij.⁊ olei balsāi.ʒ.i.⁊.ς.terē
ea sil' ⁊ ꝑmisce ipsa ⁊ fac oculo alcohol cū eo māe ⁊ ho

Constructio uisus. Collyriū citrinū est iuuatiuū
ad debilitatē suꝑfluā in uisu ⁊ collyriū d̄ tucia
qd̄ dixit mesias in albedine.

Collyriū quo utebat' floris.℞.acatie ⁊ rosaꝝ
siccaꝝ ⁊ meliloti omniū an̄ aur.xlviij.cineris fornacis
in q̄ purgat' es aur.xxiiij.mādragore aur.xij.se. hyus
quiami albi aur.xviij.opij aur.vi.gūmi aur.xl.vini.℥.
ix.aq̄ pluuialis.℥.ix.ꝯmisceat' aq̄ cū uio ⁊ ꝓijciātur sīr
ea rose ⁊ melilotū ⁊ hyusq̄amū ⁊ postea mādragoꝛ aut
cortices mādragore ⁊ dimitte ea dōec infundātur tri
bus diebꝰ aut q̄nqꝫ: ⁊ exprime ea ⁊ accipe exꝓssiōm eo
rū ⁊ ꝯfice cū ea medicam̄ ⁊ fac ex eo collyria ⁊ uterē eis

Medicam̄ basilicō regū ⁊ ipꝫ est abstersiuū ocl'i
ex quo fit alcohol in dispōne sanitatis in omi
die sel'.aut in oibus duobꝰ sel': ⁊ abstergit uisum ⁊ cōs
uat uisum sanū s̄m dispōnē suā.℞.climie ⁊ spume ma
ris omniū an̄.ʒ.x.eris usti.ʒ.v.ceruse ⁊ salis gēme om
niū an̄.ʒ.iij.salis āmoniaci ⁊ macropiperis omniū an̄.
ʒ.ij.gariofil'.⁊ usnee āboꝝ an̄.ʒ.i.pipis.ʒ.iiij.cāfoꝛ.ʒ.ς.
tere optime ⁊ fac oculo alcohol cum eo.

Basilicon aliud ꝯferens ad oia q̄ diximus.℞.
climie.ʒ.vij.scedenegi ⁊ macropipis āboꝝ an̄.ʒ.ij.salis
āmoniaci.ʒ.ij.eris usti ⁊ ceruse ⁊ sal' gēme omniū an̄.
ʒ.iiij.spume māis.ʒ.iiij.sal' idi ⁊ gariofil'.⁊ heil ⁊ usnee
⁊ spice omnium an̄.ʒ.i.confringe ⁊ contere ipsuꝫ ⁊ fac
ex ipso oculo alcohol.

Medicam̄ qd̄ ꝯfortat uisum ⁊ ꝯseruat ipm̄ s̄m
sanitatē suā ⁊ aufert multitudinē lachryme q̄ currit ex
oculo.Sūe de ātimonio ⁊ infunde ipm̄.xxi. nocte in
aq̄ pluuiali aut in aqua q̄ distillat ex cisterna deīde ac
cipe de eo pōdus.ʒ.xij.⁊ marchasite.ʒ. viij.⁊ tucie ⁊
climie omniū an̄.ʒ.xij.⁊ margaritaꝝ ꝑuaꝝ nō ꝑforata
rū.ʒ.ij.⁊ muschi tertiā.ʒ.i.⁊ cāfore sextā.ʒ.i.⁊ croci ⁊
scedenegi āboꝝ an̄.ʒ.i.tere unūqdqꝫ ꝑ se deīn aggrega
ātimoniū ⁊ marchasitā ⁊ climiā ⁊ tutiā ⁊ margaritas

⁊ tere bn̄ ea om̄i die cū aq̄ multotiens donec exiccet'
aqua eorum.deinde accipe sedenegi ⁊ crocum ⁊ pro
ijce ipsa sil' in mortario ⁊ tere ea bene deīn tere cū eis
muschū ⁊ cāforā deinde repone ipsuꝫ in uitreata ⁊ fac
ex eo alcohol māe ⁊ sero in dispōnibus sanitatis: ipsa
ei confortat uisum debilem ⁊ ꝯseruat eum.

Brod fugitiūū abstersiuū ⁊ ꝯfortatiuū.℞.sce
denegi ⁊ eris usti āboꝝ an̄.ʒ.v. aloes scotrēsis ⁊ bau
rac armēi āboꝝ an̄.ʒ. i.floris eris ⁊ pipis albi ⁊ macro
piperis et pulpe colloquintide et croci et ameos om̄i
um an̄.ʒ.ς.confringe et contere et utere.

Tractatus tertius de aure.dolor auris et aposte
ma eius et pus et grauitas eius.

Medicamē Aristotelis predcm̄ in capitulo o
culi est iuuatiuū ad aurē ex q̄ currit pus.

Medicam̄ ꝯferēs ad oēs dolores in aure ⁊ oia
vlcera accn̄tia in ea.℞.myrrhe aur.i. olibāi
aur.iij.nitri aur.iij.croci aur.iiij.succi papaueris aur.
ij.galbāi aur.ij.amigdalaꝝ excorticaꝝ.xx.nūero terat'
illud totū ⁊ ꝯficiat' cū aceto ⁊ fiāt ex eo trocisci. Quꝫ
ergo fuerit ipm̄ necīū soluat' si fuerit ī aure dolor uehe
mēs cū oleo rof.⁊ distillet' in aure ⁊ si fuerit in ea gra
uitas in auditu soluatur cū aceto ⁊ distillet'.

Confectio medicamīs quā narrauit Gal'.℞.
myrrhe aur.iiij.aloes aur.iiij.olibāi aur.iij. Et in de
scriptiōe alia aur.ij.croci aur.iij.nitri aur.iij. succi pa
paueris aur.iij.amigdalaꝝ amaraꝝ.xxx.nūero galbāi
aur.ij.aceti boni quātum sufficit.

Medicam̄ ad aurē ex medicis Gal'.ꝯferens ad
apata ⁊ dolores uehemētes clāosos.cuꝰ h̄ est ꝑmistio.℞.
galbāi ⁊ ē albezar aur.ij.cinamōi aur.ij.myrrhe aur.
viij.croci aur.viij.olibāi aur.iiij.nitri aur.iij.aceti q̄tū
sufficit ad hoc ut fiat in spissitudine mellis

Medicam̄ aliud ad apata auris ⁊ ad sanitatem
⁊ ad tus uenīētia ex aure ⁊ ad dolores auris
antiquos.cuꝰ h̄ ē ꝑmistio.℞.uētris fabe egyptie amari
saporis ⁊ alumīs iameni ⁊ piperis albi ⁊ nitri ⁊ croci
⁊ opij ⁊ corticū granatoꝝ ⁊ olibani ⁊ spice omniū an̄.
aur.ij.castorei aur.i.mellis ⁊ aceti q̄titatē q̄ ꝯficiatur
medicam̄: ⁊ quidā hoies ponūt in eo mellis aur.vi.

Medicam̄ aliud de medicinis herotas.℞.croci
⁊ myrrhe ⁊ spice omniū an̄.aur.ς.eris usti me
dietatē ⁊ tertiā aur.i.opij aur.ς.castorei tertiā aur.i.a
luminis iameni aur.i.alumīs rotūdi aur.i.Si ergo fu
erit in aure uirus cura eā ex hoc medicamīe cū deco
ctione triplicati.Et si in ea fuerit dolor uehemēs cura
eā cū oleo rof.⁊ si generātur in ea uermes ꝑmisce cū
hoc medicamine hellebori nigri aur.ij.

Medicamē auris ex qua currit pus.℞.capituꝫ
granatoꝝ ⁊ aristologie ⁊ colcotar ⁊ dragāti cabrusij ⁊
gallaꝝ ⁊ corticū eris omniū an̄.aur.i.myrrhe olibani
⁊ calcāti assati ⁊ alumīs iameni omniū an̄.aur.ς.terāt'
cū aceto ⁊ fiāt trocisci ⁊ administrentur.

Medicamē anticates ad dolorē difficilē uehe
mentē.Croci.℥.ij.⁊ quidā homines ponūt d̄
eo.℥.i.myrrhe ⁊ salis āmoniaci āboꝝ an̄.℥.i.aluminis
iameni āmoniaci an̄.℥.ς.sedimīs olei de lilio aut fecis
olei aluisci.℥.ij.terātur cū uino mellito aut uino dulci
q̄titate q̄ fiat in spissitudīe mell' ⁊ administretur.

Medicam̄ ad grauitatē auditus ⁊ sonitū ⁊ tin
nitū existentē in aure.℞.hellebori albi aur.i.
castorei aur.ς.nitri aur.q̄rtā misceat' ⁊ admistret' cū a
ceto ⁊ ꝯfidat in eo utēs ipso qm̄ est medicam̄ utile.

Medicam̄ aliud qđ dr̄ algelarui ad egritudines antiquas q̄ sūt de egritudinib⁹ auris. Hellebōi albi ⁊ myrrhe ⁊ olibāi ⁊ croci ⁊ castorei ⁊ opij omniū an̄. aur. iiij. calcāti aur. vi. pip. aur. ij. infūdātur myrrha ⁊ opiū ⁊ castoreū ⁊ olibanū in aceto i quo decocti fuerint cortices granatoꝝ donec dissoluti fuerint deinde ponātur helleborus ⁊ crocus ⁊ piper ⁊ calcātū trita ⁊ ꝯterātur oīa bn̄. Qū ergo ꝯplet̄ ꝓijciat̄ sup ipm de uino mellito q̄titas q̄ fiat in spissitudine mellis subtilis. Qūqꝫ ipm est necessariū tūc tepidet̄ ⁊ distillet̄ in aurē est enim medicamen mirabile.

Confectio medicamīs qđ ꝯfert ad oēs dolores auris ⁊ oīa ulcera eueniētia in ea. ℞. myrrhe aur. i. olibāi aur. iij. ⁊ quidā hoīes ponūt in eo aur. vij. nitri aur. iij. croci āur. iiij. ⁊ quidā hoīes ponūt in eo aur. i. succi papaueris aur. ij. galbani aur. ij. amigdalarū excorticataꝝ. xx. nūero. Terat̄ illud totū ⁊ ꝯficiat̄ cū aceto ⁊ fiāt ex eo trocisci. Qūqꝫ necessarij fuerint soluātur si fuerit in aure dolor uehemēs cū oleo roś. ⁊ distillentur in aurem: ⁊ si fuerit in ea grauitas in auditu soluātur cum aceto ⁊ distillentur.

Confectio scorie ferri ⁊ ē medicam̄ forte. Sumat̄ scoria ferri ⁊ ꝯterat̄ ⁊ abluat̄ cū aceto đ inde proijciat̄ super testā ⁊ exiccet̄ deiñ proijciat̄ ẛo ⁊ tertio ⁊ fiat illud septies deiñ decoq̄t̄ cū aceto forti decoctiōe uehementi donec fiat sicut mel ⁊ auferat̄ ⁊ distilletur de eo in aurē qum indigetur eo.

Ulcera nasi. Cōfectio sacra mosos ⁊ ē medicamē eradicās omēꝫ additiōem q̄ orit̄ i cor̄. ℞. dragāti adusti ⁊ colcotar adusti aut calcāti adusti aut dragāti rubei ⁊ corticū eris omniū ꝑtes eq̄les. Tere ergo ea ⁊ cura cū eis siccis ⁊ oꝫ ut frices additiōm anteq̄ medices eā cū hoc medicamine per diē deiñ medica cū eo i māe postq̄ patiens egritudinē comederit cibū suū. Et qū tu curas cū eo fistulas nasi tc̄ lini an̄ curatiōꝫ iteri ora nasi aspalto aut pice hūida aut piguedie myrrhe;

Tractatus quartus de dētibus ⁊ doloribus eoꝝ.

Conueniens ē ad dolores difficiles uehemētes ⁊ ad corrosiōꝫ dētiū ⁊ ꝯfert iteꝝ ad tussiꝫ medicam̄ qđ. ℞. opij aur. ij. myrrhe tm̄dē hascec tm̄dē piperis albi galbani an̄. tm̄dē ꝯficiātur cū coagulati vue q̄titate q̄ sufficit ⁊ terātur sil̄ ⁊ fiāt ex eis collyria ⁊ liniat̄ ex eis super dentes ⁊ ponātur de eis super locum corrosum.

Medicamē qđ narrauit ādromach⁹ ad oēꝫ dolorē dentiū ⁊ ad oēs egritudines accn̄tes ex eo ⁊ ad stuporē. ℞. piperis ⁊ piretri ⁊ lactis titimali ⁊ galbani omnium an̄. partē. i. terātur ⁊ conficiātur cuꝫ storace ⁊ ponatur super locum corrosum.

Medicamen iuuatiuū ad pulsatiōꝫ dentiū. ℞. pulpe colloq̄ntide ꝑtē. i. ⁊ aloes ꝑtē. i. ⁊ bulliant in pyxide lapidis aut cochliari de ferro ebullitiōe uehementi cum oleo ⁊ aceto uini deinde auferatur ab igne ⁊ distilletur de eo in aurem que sequitur molareꝫ dolentem distillatione post distillatōem.

Cauteriū molaris. Intēde ad molarē in quo n̄ valet medicam̄ vehem̄tis pulsatiōis. Et assume ex oleo q̄titatē. ℥. i. ⁊ aq̄ sansuci sicci ⁊ barmel omniū an̄. ʒ. ß. terant̄ bn̄ deiñ ꝓijciant̄ in oleo deiñ intēde ad duas ac⁹ magnas qb⁹ vtunt̄ scellarij ⁊ igni eas i loco foraminis eaꝝ deiñ apī os egri ⁊ ꝯsidera dentē quē vis cauterizare ⁊ tunc si fuerit in eo aliq̄d mūda ipm ⁊ pone sup ipꝫ cānulā ferri aut arūdinis aut argēti ⁊ submerge unaꝫ duaꝝ actiū in oleo illo deiñ intromitte eā in cānulā ⁊ pone eā super molarē. Qūqꝫ infrigidat̄ illa accipe aliam Fac illud septem uicibus nūero. nā dolor e⁹ sedat̄ ⁊ egreditur ex molari aqua coloris dentium.

Dentifriciū quo fricant̄ dētes qđ narrauit democrit⁹ in libro suo. Accipe cornu cerui adusti quartā. lb. xvi. salis. ℥. ij. āmoniaci sicci qđ nō est amari saporis frustū. i. magnū uel masticis. lb. iij. aut plus paꝝ: squinanti albi tm̄dem piperis albi. ℥. i. folij. ℥. ij. terantur omnia ⁊ administrentur.

Medicam̄ qđ noiat̄ surmalē ꝯferens ad apata gingiue ⁊ mollificatiōm e⁹ ⁊ mūdificat dētes. Accipe corticū granatoꝝ pōdus. ʒ. ij. ⁊ uenaꝝ ⁊ balaustie ⁊ sumac omniū an̄. ʒ. i. ꝯfringe ⁊ ꝯtere illud deiñ affer ex eo cū digitis tuis ⁊ frica cū eo locū doloris deiñ accipe ex eo cū pāno lini ⁊ pone ipsum super eum.

Dentifriciū mūdificās dētes ⁊ stringit gingiuā ⁊ efficit bonū oris odorē. Sumat̄ sal gēma ⁊ terat̄ ⁊ ꝯficiat̄ cū melle ⁊ liget̄ in charta ⁊ ꝓijciat̄ i prunis ⁊ dimittat̄ ibi dōec fiat sicut prūe deiñ auferat̄ ab igne ⁊ extiguat̄ cū kitrā ⁊ ꝓijciat̄ in uino bono aut meisus ⁊ dittat̄ dōec infret̄ ⁊ terat̄ ⁊ sumat̄ de eo ꝑs. i. ⁊ spūe maris ꝑs. i. ⁊ pōat̄ cū illo cinamōi ꝑs. i. ⁊ myrrhe ꝑs i. ⁊ cineris sceba ⁊ cipi ⁊ floris sq̄nāti omniū an̄. sexta ꝑtis. i. fragm̄toꝝ xiloaloes medietas ꝑtis. i. ⁊ zuccari ꝑtes. iij. ⁊ cāfore. x^a. ꝑtis unius teratur illud ⁊ misceatur ⁊ fiat dentifricium in omni mane.

Medicamē qđ ꝯfortat dētes ⁊ molares qū ē i eis debilitas. ℞. cere ⁊ mellis amboꝝ an̄. ꝑtes. ij. liq̄fiant in sole aut cū aq̄ cal̄a ⁊ ꝯmisceat̄ cū eis picis ꝑs. i. ⁊ pōat̄ i termio unguēti ⁊ ꝑcipiat̄ utēti eo ut masticet ipꝫ. Qđ si uideris medicam̄ exiccatū ꝑmisce i eo aliq̄tulū olī ⁊ mastix iteꝝ qū masticat̄ fac i h⁰ ultiam opōꝫ.

Aliud qđ ꝯfortat dētes ⁊ gingiuā. Cornu ceruí adusti pōdus. ʒ. x. ⁊ folioꝝ cupssi adustoꝝ pōdus. ʒ. v. ⁊ nucū cupssi nō adustaꝝ pōd⁹. ʒ. v. ⁊ radicis cētauree pōdus. ʒ. x ⁊ capilli ueneris adusti pōdus. ʒ. v. ⁊ roś ablatis capitibus ⁊ spice odorifere omniuꝫ an̄. pondns. ʒ. iij. tere ⁊ cribella cum orali ⁊ utere.

Tractatus quintus de ore ⁊ gutture ⁊ uentre superiore sinantia ⁊ squinantia.

Inq̄t Gal̄. q̄dā existiauerūt q̄ pulli hirūdinum siue sint recētes siue sicci saliti sedāt sināntiā statim ⁊ permisceatur pueris ⁊ senibus cum radice liquiritie.

De vuula ⁊ duabus amigdalis. Medicam̄ ꝯueniēs ad uuā mollificatā aposam. Piperis albi aur. i. myrrhe aur. i. alumis iameni aure. ij. gallaꝝ uiridiū aur. ij. terantur ⁊ administretur.

Uenter superior hūitas pectoris. Medicamē iuuatiuū ad hūiditatē factā i pectoī. ℞. galbāi ⁊ storacis liq̄de āboꝝ an̄. ℥. ij. opij q̄rtā. ℥. i. radicū liq̄ritie. ℥. ij. terant̄ q̄ ex eis terunt̄ ⁊ misceant̄ cū storace ⁊ galbano ⁊ aliq̄tulo mellis dispumati ⁊ lambant̄ ex eo.

De tussi medicam̄ gutturale. Dixit Gal̄. q̄ ipse medicabat̄ cū eo. ℞. olibani aur. i. ⁊ in descriptiōe alia aur. iiij. myrrhe aur. i. ⁊ in descriptiōe alia aure. iiij. croci aur. i. ⁊ in descriptione alia aur. iiij. squille aur. ij. uini dulcis acsati. ij. decoquat̄ squilla cum uio donec uinum inspissetur deinde proijciatur squilla ⁊ ponantur reliqne medicine super uinum.

Medicamē gutturale qđ refert̄ tellusatis dixit Gal̄. q̄ ipse medicatus est cū eo illū q̄ bebat

vlcus in pulmone: ⁊ eſt medicamē iuuatiuū ualde. ℞. ſpice creteſis aur. iiij. āmomi aur. viij. folij indi aur. iiij ſpice ide aur. iij. ſquināti aur. ij. caſie aur. viij. cinamomi aur. x. olibāi aur. iij. myrrhe aur. iiij. coſti aure. iiij. cōmiſtionis aſſedegi aur. iiij. ſucci liquiritie aur. ij. ſucci mādragore aur. v. maſticis aur. iij. croci aur. vij. Aggrega has medicinas deinde accipe dactiloſ ⁊ decoq̄tur in aq̄ mellis aut uino bn̄ ⁊ ſume de eo ſacraiati .i. ⁊ ꝓijce in eo de granis pini maioris ꝯtritiſ grana. xx. ⁊ cōmiſce cū eo de medicamie q̄titatē auellāe. i. ⁊ da in potu de ea diebus aliquot deinde da in potu pꝰ ipſā de medicamine duobꝰ diebus aut tribꝰ ita ut nō cōmiſceatꝰ cū oleo aliud ꝑter ipm deinde ſumat in potu pꝰ ipm de hiera facta cū aloe q̄titatē cochliarij. i. in die vno cū aqua ⁊ cura cū hac medicina illū ī cāna pulmonis. cuꝰ eſt egritudo cū lacte aſinino ⁊ precipe e ut gargarizet cū ea deinde dimitte eū aliquot diebus ⁊ cura eū ꝑ hoc medicam̄ cū aſſiduatiōe medicinaꝝ q̄ ſedant dolorē. Qd̄ ſi materieꝝ curſus fuerit fortis tunc ꝑmiſce in hac medicina opium ⁊ caſtoreum.

Aliud de medicis Gal. faciens ad egritudinē cāne pulmōis ⁊ ulcera pulmonis ⁊ ſputū pus ⁊ ſanguinis ⁊ mām attractā ad pectus ⁊ ad illud cuiꝰ ſputū ē difficile ⁊ eſt medicam̄ ualde forte. ℞. gūmi albotī aur. iiij. croci aur. iiij. olibāi tm̄dē myrrhe tm̄dē cinamomi tm̄dē amomi aur. ij. granoꝝ pini magne aure. iiij. radicū lilij excorticataꝝ tm̄dē ſpice de ſcemi aure. ij. ſ. caſie lignee nigre aur. ij. dragagāti aur. ij. carniſ dactiloꝝ de ſcemi aur. iij. truſezꝰ qd̄ dr̄ ſtella aur. iiij: galbāi clari mūdi. ij. tertias aur. i. coſti aur. iiij. Et ueni in deſcriptiōe alia aur. i. mellis boni cotilas. iiij. ꝺcoq̄tur mel ⁊ gūmi alboti in uaſe duplici. Qñqꝫ fit ī termino ſpiſſitudinis tunc permiſce cū eo galbanū ⁊ ꝺcoque ipm donec ꝑueniat ad terminū ut qū de eo diſtillat ſtilla aliq̄ nō dilatet deiñ infra ipꝫ ⁊ ꝓijce ſ̄ ipꝫ medicīas ꝯtritas ⁊ utet̄ eo ⁊ qū ſugit de aq̄ cauſ maſticādo ⁊ ꝓijciat fex ⁊ deglutit ſuccꝰ ualet ad illud ualde.

Pilule q̄ ponunt ſub lingua ⁊ ꝯfert̄ ad aſpitatez cāne pulmōis ⁊ abſciſſiōm uocis ⁊ reliq̄s egritudines cāne. ℞. dragagāti ⁊ gūmi āboruꝫ añ. aur. iij. myrrhe ⁊ olibani āboꝝ añ aur. i. ſ. croci aur. i. ſucci liq̄ritie aur. ſ. carnē dactiloꝝ triū uini dulcis q̄tū ſufficit ad cōficiēdū cū eo ⁊ pōat ſub ligua de hac medicia q̄titas fabe ⁊ ꝑcipiat egro ut deglutiat qd̄ liq̄fit de ea.

Matiſ ad illū q̄ habet tuſſiꝫ. ℞. ſeīs lini torrefacti cōtriti ⁊ paſſulaꝝ carnoſaꝝ enucleataꝝ amboꝝ añ. kiſt. i. granoꝝ pini magni tōrefactorū ⁊ auellanaꝝ excorticataꝝ āboꝝ añ. cotilā. i. piperis al. ℥. ij. croci. ℥ i. mellis bōi. ℔. iiij. ꝯfringant ⁊ terātur ⁊ decoq̄tur ſemē lini ⁊ mel donec inſpiſſet deiñ ꝓijciāt ſuꝑ ipꝫ reliq̄ meᵉ ⁊ ꝑmiſce eas ⁊ ꝯfice ⁊ da de eo q̄tum ſufficit.

Oleū diuini ꝯferens ad tuſſiꝫ ⁊ ē meᵃ nobilis ꝺ qua dixit Gal. qꝛ ipſe medicatꝰ ē cū ea. ℞. opij aur. x. ſe. lactuce aur. xx. caſtorei aur. xviij. rute hortulaneˢ ſicce aur. xiiij. ſe. lini aur. xvi. radicū oppoponaci aur. xxxvi. myrrhe aur. xiiij. croci aur. vij. cōficiatꝰ cuꝫ melle ⁊ detur de eo in potu q̄titas fabe unius. ⁊ oꝫ ut ſumat de eo in potu ille qui hꝫ febreꝫ cum aqua ⁊ qui febrem non hꝫ cum vino ⁊ illud in ſero.

Pilule ad tuſſim. ℞. ſtoraciſ ⁊ myrrhe ⁊ opij oīum añ. aur. iiij. olei balſami ⁊ croci āborū añ. aur. ij. tere ſimul ⁊ confice ⁊ utere.

Medicamē qd̄ ꝯfert ad oēm tuſſim ⁊ ad omnē mām currentē ⁊ dubellet interiores qd̄ narrauit abulucos. ℞. ſapini gentiane myrrhe oppoponaci pipis albi oīum añ. aur. ij. baccaruꝫ lauri mundataꝝ aur. iiij terantur ⁊ conficiantur cum aqua.

Medicam̄ ad ſputū ſanguinis qd̄ narrauit andromachuſ. ℞. acatie aur. iiij. roſ ſiccaꝝ aur. viij. fructus granate agreſtis aur. viij. myrrhe aure. ij. dragagāti aur. i. ꝯficiatꝰ cū aq̄ ⁊ fiāt ex eo trociſci: ⁊ ſit pōdus cuiꝰqꝫ trociſci aur. i. ⁊ detꝰ in potu cū aq̄ pluuiali

Medicam̄ aliud ad tuſſim cōferens ad ſpēs tuſſis ⁊ abſciſſiōꝫ uocis. ℞. granoꝝ papaueris ⁊ ſ̄t papauera cū cortice ſuo. l. nūero ⁊ apij mōtani triti ℔. iij. ⁊ ſufotō mūdati ⁊ reuſini ⁊ roſ. ſiccaꝝ ⁊ radicū lilij ⁊ balauſtiaꝝ oīum añ. ℥. iij. ⁊ cinamōi pō. ʒ. ij. ⁊ ſpice pōdus. ʒ. i. ſ. ꝯtere has medicinaſ ⁊ infunde ī aq̄ pluuiali acſat. v. ⁊ ditte tribꝰ diebꝰ deiñ decoq̄ ſ̄ ignē leueꝫ donec remaneat aq̄ tertia ꝑs deiñ exprime ⁊ cola ⁊ ꝓijce fecē eꝰ. deinde tere gūmi arabici ⁊ dragaganti amboꝝ añ. ℔. i. myrrhe. ℔. ſ. ⁊ ſucci liquiritie. ℔. i. ⁊ maſticis ⁊ croci āboꝝ pōduſ. ʒ. i. teratꝰ totū illud ultime ⁊ ībibatꝰ ex illa aq̄ paulati dōec ꝯpleatꝰ tota deiñ fundātꝰ ſ̄ ipꝫ rob. ℔. xxiiij. ⁊ decoq̄tꝰ leui igne dōec coaguletꝰ ⁊ reponatꝰ ī uaſe uitri ⁊ medicetꝰ cū eo oīs ſpēs tuſſis.

Lohoch de pino qd̄ ꝯfert illis ſuꝑ quos tuſſis fit uehemēs ⁊ qñ excitatꝰ in eis expellunt pus ⁊ ſuperfluitates. cuiꝰ hec eſt ꝑmiſtio. Seīs lini torrefacti ⁊ amigdalaꝝ dulciū mundataꝝ ⁊ granoꝝ pini ⁊ gūmi arabici ⁊ dragagāti oīum añ. pōdus. ʒ. iiij. ⁊ dactilorū albeirō. x. nūero. tere medicias ⁊ dactilos ⁊ funde ſ̄ eaſ mellis ⁊ butyri q̄tū ſufficit ⁊ teratꝰ donec fiat ſicut mel ſpiſſum. cuiꝰ doſis ſit ſicut galla mane ⁊ ſero:

Lohoch qd̄ fit ꝯ glutio alibat faciens ad aſpitatez gutturis ⁊ abſciſſiōꝫ uocis ⁊ ſputū ſanguiniſ ⁊ pus ⁊ aperit oppilatiōes. cuiꝰ hec eſt ꝑmiſtio. Seminis lini torrefacti ⁊ paſſulaꝝ ablatis granis āboꝝ añ. ℔. i. granoꝝ pini ⁊ amigdalaꝝ dulciū ⁊ amigdalaꝝ amaraꝝ omniū añ. ℥. vi. ⁊ ireos ⁊ aſſari ⁊ glutinis alimbat ⁊ uenaꝝ liquiritie ⁊ gūmi arabici omniū añ. ℥. iiij. ⁊ fenugrēci cocti ⁊ dragagāti āboꝝ añ. ℥. iiij. ⁊ pipis albi ⁊ eruce emollite ⁊ ciceris molliti ⁊ ariſtol. ⁊ medulle tritici ⁊ ameos ⁊ naſturtij ⁊ ficuū omniū añ. ℥. i. ⁊ myrrhe ⁊ croci ⁊ olibani omniū añ. ℥. ſ. ꝯfrāge totū ⁊ cōtere ipꝫ bn̄ ⁊ confice cum melle aut cum vino decocto ⁊ fac lābere de ipſo mane ⁊ ſero quantum eſt galla. i. ⁊ ponat ipſum ſub lingua ſua quando dormit.

Medicam̄ qd̄ confert ad tuſſim ⁊ uehementiā ſiccitatis pectoriſ. Amigdalaꝝ dulciū ⁊ amaraꝝ ⁊ ſe. lini torrefacti ⁊ granoꝝ pini omniū añ. ʒ. v. ⁊ aniſi ⁊ dragagāti ⁊ gūmi arabici omiū añ. ʒ. ij. ⁊ ſucci liquiritie aut uenaꝝ eiꝰ pondus. ʒ. i. ⁊ zuccari ⁊ penidioꝝ āboꝝ añ. ℥. ij. Tere ea ⁊ pulueriza ⁊ ꝯfice ipm cū aq̄ feniculi hūidi ⁊ fac de ipſo pilulaſ ⁊ ponat ſub lingua ſua ille qui uult dormire unā aut duas.

Lohoch ad tuſſim qñ fit ex chimo ſ̄o uiſcoſo cinnamomi ⁊ ſe. feniculi āboꝝ añ. ʒ. v. ſtoracis liq̄de. ʒ. x. fiſtici ⁊ amigdalaꝝ āboꝝ añ. pondus. ʒ. x. olibāi ⁊ gūmi āigdalaꝝ ⁊ gluti omniū añ. ʒ. v. keſmes ⁊ ſ̄t paſſule ꝑuule ſiñ grāis. ʒ. xx. agarici. ʒ. v. ſtōacis ⁊ aloes āboꝝ añ. ʒ. iiij. tere ſtoracē cū melle ⁊ infunde olibanū ⁊ aloē ⁊ alkeſmes in rob. ⁊ tere reliq̄ ⁊ confice cū melle ſtoracis doſis. ʒ. i.

AD ſputū ſanguinis. Trociſci quos compoſuit medicus de illis de tebulis ꝯferētes patiētibꝰ

ſputũ ſãgũis ⁊ patiẽtibꝰ ulcꝰ in pulmõe ⁊ hñtibꝰ ſaiez
aggregatã in pectoꝛ ⁊ patiẽtibꝰ egritudines que ſũt ex
geneꝛ materierũ attractaꝝ: quoꝝ h eſt pĩſtio. Se. hyuſ
quiami albi ⁊ corticũ mãdragore ãboꝝ ana auꝛ. v. ma
ſticis auꝛ. xx. karabe ⁊ radicũ lilii ⁊ croci oiuꝫ ana auꝛ
xxx. pſiliij ãuꝛ. xlv. aque dulcis acſati. iij. pmiſceatur ⁊
adminiſtretuꝛ.

TRocifci alij qui nominãtur pip cõfeꝛentes patiẽ
tibꝰ ſputũ ſãgũis ⁊ habẽtibꝰ fluxũ uẽtris ⁊ ul
cera in inteſtinis ⁊ ei ad cuius ſtomachũ attrahit mã
℞. floꝝ caducoꝝ granatoꝝ ⁊ ſpinaꝝ egyptiaꝝ ⁊ grana
toꝝ ſilueſtriũ ⁊ ſucci barbe hirci ⁊ ſucci acatie omniuꝫ
añ. aur. vi. licij ⁊ reubarbari ⁊ opij omniũ añ. aur. iiij.
myrrhe aur. ij. terant bñ ⁊ ꝯficiant cũ aq̃ in qua deco
cta ſit grana myrti aut cũ aq̃ frigida ⁊ adminiſtrentur.

COnfectio que refert araſtomacis ⁊ eſt medici
na mirabilis cõferens patientibꝰ ſputũ ſanguiſ
⁊ hñtibus tuſſim ⁊ qui hꝫ vlcus in pulmõe ⁊ ei in cꝰpe
ctore eſt ſanies cõgregata ⁊ ad diſruptiõm accñteꝫ in
lacertis ⁊ ad ſtõm qui expellit cibũ ⁊ coliꝛicã paſſiõm
⁊ fluxũ uentris ⁊ ulcera in inteſtinis ⁊ egritudines ue
ſice ⁊ prefocatiõꝫ matricis ⁊ febres que hñt pꝛoxiſmoſ
qũ de ea ſumit in potu paꝝ añ horã periodi per horã
unã ⁊ ad malitiã cõplonis ⁊ extenuatiõm ⁊ medicias
pernitioſas ⁊ morſum reptilliũ hñtiũ uenenũ. cꝰpermi
ſtio hec ẽ. Cinamõi ⁊ coſti ⁊ galbãi ⁊ caſtorei ⁊ opij ⁊
melãopip. ⁊ macropip. ⁊ ſtoracis oiũ añ. ℥. i. mell kiſt
i. terantuꝛ medicine ⁊ cicotrigonizentur ⁊ ꝯcoquatur
galbanum cum melle donec liquefiat: deinde coletur
⁊ proijciantur deſuper relique medicine ⁊ reponatur
in uaſe uitri aut argenti ⁊ detuꝛ in potu de ea q̃titas
fabe cum aqua mellis ⁊ diſtillentur ſuper ipſum de eo
oleo ſiſamino tres gutte.

SIrupus qui refert faciens ad difficultatẽ anhe
litus ⁊ eſt medicam̃ utile. Sumãtuꝛ paſſulaꝛũ
enucleataꝝ acſunẽ. i. ⁊ eſt ps ⁊ fenugreci abluti tm̃dẽ
⁊ aque pluuialis kiſt. i. decoquãtur donec diſſoluãtur
⁊ coletur aqua eoꝛum ⁊ ſeruetur ⁊ ſumatur de ea i po
tu multotiens continuo poſtq̃ calefit.

MEdicam̃ cõferens ad ſputũ ſanguinis ⁊ puſ ⁊
ſupfluitates que attrahunt ad pectus. ℞. gra
noꝝ hyuſquiami albi ⁊ corticũ radicũ mãdꝛagore ⁊ vi
ni boni ⁊ olibani albi ⁊ ſtoracis liquide ⁊ opij ⁊ gra
noꝝ pini ⁊ cupreſſi omniũ añ. pondus. ʒ. x. ⁊ maſticis
⁊ karabe ⁊ aleſſius omniuꝫ añ. ʒ. xxx. infundat aleſſiuſ
in aq̃ calida nocte una deiñ exprimat ⁊ ſumat aq̃ eiuſ
⁊ terant reliq̃ medicine bñ ⁊ miſceantur ad inuicẽ ⁊ fi
ant trociſci. Sitq꜄ unuſq̃ſq꜄ trociſcus. ʒ. ſ. ⁊ det in po
tu apud mãſiõm trociſcus unus cũ aqua frigida.

MEdicam̃ qd ꝯfert ad ſputũ ſanguis. Opij põ
dus. ʒ. i. ⁊ cinamomi pondus. ʒ. i. ⁊ caſtorei ⁊
pipeꝛis ⁊ macropipeꝛis ⁊ myꝛrhe omniũ añ. ʒ. i. ⁊ cro
ci pondus. ℈. ij. ſ. ⁊ karabe pondus. ʒ. ſ. ⁊ balauſtiaꝝ ⁊
gũmi ⁊ aniſi omniũ añ. ʒ. i. terantur medicine ⁊ confici
antuꝛ cũ ſucco auricule hedi ⁊ fiant trociſci ⁊ ſit om̃is
trociſcus. ʒ. ſ. ⁊ exiccentur in umbra ⁊ bibatur de eis
trociſcus unus cum aqua tepida.

TRociſcus alius. ℞. karabe ⁊ coralli ãboꝝ añ. ʒ
iij. acatie ⁊ ſucci barbe hircine ãboꝝ añ. ʒ. ij. ba
lauſtie. ʒ. ij. ſe. portulace. ʒ. vij. papaueris albi ⁊ nigꝛi ⁊
roſaꝝ ⁊ ſpodij omnium añ. ʒ. ij. cornu cerui aduſti. ʒ. ij. ⁊
ſ. reuſini. ʒ. i. ſ. cochlearũ aduſtaꝝ. ij. terꝛ ſigillate, ʒ. iiij
fiant trociſci auꝛ. i. ⁊ adminiſtrentur.

TRociſcus alius ad ſputũ ſanguinis qũ ẽ ex hu
miditate ⁊ mollificatione uenaꝝ. Corticũ turiſ
⁊ turis ãboꝝ añ. ʒ. v. radicis ſquinãti. ʒ. vij. ꝛuſini ⁊ ma
ſticis ãboꝝ añ. ʒ. iiij. darſiſabã ⁊ cymini torrefacti ⁊ ca
lam̃ti montani omniũ añ. ʒ. v. myꝛrhe ⁊ croci ãboꝛum
añ. ʒ. vij. calcadis. ʒ. iiij. ſpice ⁊ caſtorei ⁊ ſucci baꝛbe
hiꝛcine ⁊ acatie ⁊ roſaꝝ omiũ añ. ʒ. iiij. tere ⁊ ꝯfice cuꝫ
decoctione gallaꝝ ⁊ fac trociſcos aur. i.

COagulatio ſaniei in pectore. Medicam̃ conſe
rẽs ad illud. Fenugreci molliti. ʒ. ij. ariſtol. põ
dus. ʒ. i. myrrhe põdus. ʒ. iij. aniſi roſ. ãboꝝ añ. ʒ. ij. ra
dicũ liquiritie ⁊ piperis ⁊ ſalis omniũ añ. ʒ. i. Cõfrin
gant ⁊ cõterãtur ⁊ cõficiant cũ aq̃ fꝛa ⁊ fiant trociſci:
quoꝝ unuſquiſq꜄ ſit pondus: ʒ. i. ⁊ exiccent in umbra
⁊ det in potu de eis trociſcus unus cũ aq̃ radicũ feni
culi ⁊ radicũ apij decoctaꝝ q̃titate ſacraiati. i. ⁊ teꝛat
trociſcus ⁊ miſceat cũ ea ⁊ ſumat in potu: eſt enim me
dicamen bonũ qm̃ liquefacit ſanguinẽ congelatum ⁊
educit ipſum ⁊ mundificat locum eius.

PThiſis ⁊ ulceꝛa pulmonis. Medicam̃ cõfereſ
ad ulcera que ſit in pectore ⁊ pulmone ⁊ cõſo
lidat ea ⁊ ſanat ea. ℞. balauſtiaꝝ ⁊ roſaꝝ ſiccaꝝ ãbarũ
añ. ʒ. iiij. ſanguinis dꝛaconis ⁊ medulle tritici ⁊ olibãi
omniũ añ. ʒ. ij. gũmi arabici ⁊ dragagãti ⁊ maſticis oi
um añ. põdus. ʒ. iij. acatie ⁊ croci ãboꝝ añ. ʒ ſ. karabe
⁊ myrrhe ãboꝝ añ. ʒ. i. anarcine. ʒ. v. terant ⁊ conficiã
tur cum rob cydoniorum aut rob myrti deinde fiant
trociſci: ſitq꜄ omnis trociſcus aur. i. ⁊ exiccẽtur in um
bra ⁊ dentur in potu.

MEdicine que ſit ad coꝛ. Confectio in qua põit
harmel iuuatiua. ℞. ſe. armel ⁊ nigelle ⁊ cãfoꝛ
⁊ caſtorei ⁊ ſe. hyuſquiami albi ⁊ aꝛiſtol. ⁊ ciperi ⁊ al
feſire ⁊ alfeſireſim ⁊ piretri ⁊ piperiſ ⁊ origani ⁊ collo
quitide ⁊ ſpice ⁊ ſe. apij ⁊ ſe. rute ⁊ carui ⁊ cꝛoci ⁊ nu
cis muſcbate ⁊ caſie ⁊ coſti omniũ añ. ʒ. ſ. et ſapini et
oppoponaci ãboꝝ ana. ʒ. iiij. et zuccaꝛi pondus. ʒ. i. et
mellis quantum neceſſe eſt. Doſis eius forti pondus
ʒ. i. et debili pondus. ʒ. ſ.

MEdicam̃ aliud cõferens ad pulſum cordis et
timorẽ et epilepſiã. Spice et cinamomi et ꝫe
doarie et doronigi omniũ añ. ʒ. ij. ſe. ãeti. ʒ. i. ſ. medicie
terant et pmiſceant et det in potu de eo põdus. ʒ. i.
cũ. ʒ. i. uini in quo infuſſa fuit lingua bouis et bibat de
illis in oĩ menſe tribus diebus continuis.

¶ Tꝛactatus. vi. de uẽtre infeꝛiore. Debilitas ſtõi.

OLeũ iuuatiuũ ad mollificatiõm ſtõi et eiꝰde
bilitatẽ. cꝰhec eſt pmiſtio. Maſticis et aloes
et ſucci apſinthij et opij et olei nardini et olei
de cydonijs q̃tũ ſufficit permiſceat et inungat cũ eo
ſtõus cũ lana leni. Qd ſi uolueꝛis ut addiciat huic me
dicine calor adde i ea laudani ptẽ unã ⁊ ſtoracis ptes
duas. Si uolueris facere ipſã ſtipticã ꝯfortatiuã tunc
adde ſup illud de ſucco acreſte aut ſucco hypoq̃ſtidoſ

MEdicamen ad debilitatẽ ſtõi ⁊ malitiã digõis
Mirebulorum bullitoꝝ cũ aq̃ cydonioꝝ ⁊ bulli
ant. ʒ. iiij. belliricoꝝ ⁊ ẽblicoꝝ ⁊ cymini infuſi in aceto
⁊ toꝛrefacti et ciperi et maſticis omniũ añ. ʒ. ij. ſe. apij
et aniſi iſuſoꝝ i aceto ãboꝝ añ. ʒ. i. xiloaloes ⁊ galie ãbo
ꝝ añ. ʒ. i. ſ. m̃te. ʒ. iij. mugduis. ʒ. i. ſ. roſ. ʒ. iiij. granoꝝ
grãtoꝝ. ʒ. viij. ſumac. ʒ. iiij. cinami et corticũ turis et ſpi
ce omniũ añ. ʒ. i.

LAcblachatũ ꝯfortans ſtõm. Aque aloes ⁊ aq̃
roſaꝝ ⁊ aq̃ maloꝝ ⁊ aq̃ cydonioꝝ et aque ſali

cis omniū an̄.ps una ſandali albi et rubei et roſarum et croci et canfore et laudani et balauſtiarū et zamicb et xiloaloes et galie omnium an̄.pars.ſ.

E Mplm ad apa ſtōi dur.℞.apſinthij et ſpice et caſie oiuz an̄.ʒ.viij.aloes ⁊ ſtoracis āboꝝ an̄.ʒ.iiij.croci.ʒ.ij.xilobalſami ⁊ carpobalſami ⁊ myrrbe oium an̄.ʒ.i.olei nardini q̄tum neceſſe eſt.

A D ſtōaticos.Hiera que refert antiforos confert ſtō.℞.aloes aur.iiij.maſticis aur.ij.aſſari ℥.ſ.roſ.ſiccaꝝ ⁊ floris ſquināti ⁊ caſie omniū an̄.℥.ſ.utat ea ſcca ſicut utit hiera.

T Rociſci qui dicūt amedunis faciētes ad inquietudinē ſtōi ꝓpinq̄ ileos ⁊ ad oēm inflatiōz ⁊ eſt cōueniens ei qui euomit cibū ſuū ⁊ ad egritudines intrinſecas.℞.ſe.apij aur.vi.aniſi aur.vi.apſinthij aure.iiij.Et inueni in deſcriptiōe alia maſticis iteꝝ aur.iiij.piperis aur.ij.myrrhe aur.ij.cinamomi aur.vi.opij aur.ij.caſtorei aur.ij.conficiātur cum aqua ⁊ fiant de eis trociſci ⁊ dentur in potu doſis eius equalis eſt aur.i.ad ſtomaticos cum uino miſto.

H Jera que refert meniſon ꝯferens ad inquietudinē ſtōi ⁊ ei qui inuenit inflatiōz ⁊ aufert oēz inflatiōm ⁊ cōfert ad tarditatē digōnis ⁊ ad egritudines matricū ⁊ ipſa iteꝝ ꝓuocat urinā ⁊ eſt medicia mirabilis ad epaticos ⁊ ad illū qui hꝫ dolorē renū ⁊ prouocat mēſtrua.℞.aloes aur.c.maſticis.℥.i.⁊ croci.℥.i.ſpice.℥.i.cinamomi ⁊ aſſari ⁊ carpobalſami omniuz an̄.℥.i.Tere ⁊ cribella ⁊ ſerua eā ſiccā ⁊ utere ita ut des in potu illi cuius digō tardat pōdus.aur.i.cū aq̄ frār ⁊ illi qui euomit cholām ⁊ effundī ad ſtōm eius mā da ī potu ð ea aur.ſ.⁊ illi q̄ hꝫ apa ī aliquo mēbroꝝ interiorū confert qū ſumit de ea in potu cū aq̄ mellis.⁊ ille q̄ indiget ut ꝓuocet urina eius aut ꝓuocent mēſtrua ſumat de ea in potu cū aq̄ feniculi contriti bulliti ⁊ colati.

E Mplm poloarchis ꝯferens ad oēs egritudies hūidas intrinſecas.℞.ciperi cordumeni minuti turis cere omniū an̄.eminā.i.gūmi alboti eminā.i.ſ olei de alcāna q̄tū ſufficit ⁊ qñqꝫ addit bdellij iudaici eminā.i.

M Edicam̄ qð dī diaireos faciens ad oēſ corruptiones cōplōnis ſtōi ⁊ aggregatiōm aque linit uētrez ℞.ireos pondus.ʒ.xxiiij.piperis ponduſ.ʒ.xx.zinziberis ⁊ aniudē āboꝝ an̄.ʒ.xij.aniſi ⁊ maſticis ⁊ ſe.feniculi omniū an̄.ʒ.iiij.ameos ⁊ ſe.apij omniū an̄.ʒ.viij.tere ⁊ cōfice cū melle doſis eius ſit ſicut galla cū aqua.

E Lectuariū de carui cōferens ad dolorē ſtōi ⁊ oppilationes que ſūt in eo ⁊ in epate ⁊ ꝑuitatez digōnis.Sumant carui ⁊ ameos ⁊ ſe.apij ⁊.ſs.⁊ paſſulaꝝ enucleataꝝ ⁊ ſiſeleos ⁊ ſe.baucie omniū an̄.ʒ.iij.amigdalaꝝ amaraꝝ mundataꝝ ex cortice ſuo pond⁹.ʒ.vi.tere ⁊ ꝯfice cū mlle:doſ eius q̄tū nabacca cū aq̄ tepida

E Lectuariū de galāga ꝯferens ad uehemētiā frigoris in ſtō ⁊ epate ⁊ digerit cibū ⁊ fugat uentoſitates ⁊ ſtōm efficit bonū.℞.galāge ⁊ cinami ⁊ piperis albi omniū an̄.ʒ.ij.heil ⁊ cinamomi ⁊ neremiſcb omniū an̄.ʒ.iij.macropiperis.ʒ.vi.zinziberis.ʒ.viij.ſe.apij ⁊ aniſi ⁊ cymini ⁊ carui ⁊ taliſafar omniū an̄.ʒ.i.penidioꝝ ⁊ zuccari triplū medicine tere cōmiſce ⁊ ſit doſis eius.ʒ.ij.

A Ppetitū.Confectio abſcindens appetitū luti ℞.hiere.ʒ.vi.myrobal.nigroꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ ēblicorū omniū an̄.ʒ.iij.nucis bendē.ʒ.v.cōficiantur cum melle diſpumato ⁊ dentur in potu de ea.ʒ.iij.cū aqua in q̄

U decocta ſit maſtix ⁊ aniſū ⁊ mēta ⁊ ſcōria ðcocta
Omitus ⁊ nauſea.Sir⁹ abſcindens uomitum phlatis.℞.cymi.ʒ.iiij.maſticis.ʒ.iij.granoꝝ granatoꝝ ʒ.xx.mente ⁊ ſiſimbrij āboꝝ an̄.tunicas.v.decoq̄tur cū aq̄.lb.iiij.donec remaneat.lb.i.⁊ colet ⁊ ꝓijciatur galie.ʒ.i.⁊ det in potu de eo in mane ⁊ ſero.

S Ingultus.medicam̄ ad ſingultū mirabile forte uini boni odoris.lb.viij.mellis diſpumati.lb.ij decoq̄tur donec bulliat ⁊ ꝯſumat eius ſexta deinde auferat ab igne ⁊ ꝓijciant in eo coſti ⁊ maſticis āboꝝ an̄.ʒ iiij.apſintbij pond⁹.ʒ.vij.ſquināti ⁊ ſpice ⁊ folij ⁊ roſ.⁊ aloes ⁊ agarici ⁊ croci omniū an̄.ʒ.ij.aſſeri ⁊ xiloaloes indi ⁊ caſie omniū an̄.ʒ.iiij.tritoꝝ ⁊ ſit doſis eius cochliarium.

E Par ⁊ apata epis.Unguētū de muradaſacriz cōferens ad apa qð accīt ex corroſione aut alijs.cuius permiſtio hec ē.℞.almuradaſacri.ʒ.iiij.⁊ xiloaloes ⁊ croci ⁊ baccaꝝ lauri ⁊ āmoniaci ⁊ myrrhe ⁊ alkeiati omniū an̄.pondus.ʒ.iij:⁊ cere pondus.ʒ.iiij.confringe ea ⁊ contere ⁊ aggrega ipſa ⁊ liquefac cerā cum ſufficienti quantitate olei de lilio ⁊ alrazaki pondere.ʒ.iij.

D Uritieſ epatis.Confectio facta cū epate adib cōferens ad dolorē epatis ⁊ ſplenis ⁊ ſtōi ⁊ uētoſitates ⁊ dyſenterie ⁊ tuſſim chronicā ⁊ illis qui euomunt ſauguinē.℞.croci ⁊ myrrhe ⁊ opij ⁊ caſtorei ⁊ ſe.hyuſquiami albi ⁊ caſtorei ⁊ cordumeni ⁊ papaueris ⁊ ſpice ⁊ eupatorij ⁊ epatis adib ⁊ cornu dextri de cornibus capī aduſti omniū partes equales terant q̄ ex eis terunt ⁊ ſoluātur que ſoluenda ſūt in uino ⁊ conficiātur cū melle diſpumato ⁊ adminiſtret poſt.vi.mēſes ⁊ ſit doſis ſicut cicer cū eo qui ꝯuenit de ponbus.

sibilitas sumendi uindictã ab eis ⁊ modicũ timet rep
sentat ac si iã fuisset accepta. Eteni nimia lenitas acci
piendi uindictã repñtat apud imaginatiõm quasi ob
tentũ ⁊ iã exñs: imaginatio ãt mouet nõ ꝺm id qđ in re
sed ꝺm id qđ in ea repñtat ⁊ iõ qñ apud eã uindicãdi
leuitas pñtat qi obtentũ reputat uindicatio ex debili
bus sicut accepta ⁊ idcirco incõtinenti cadit affectus
ad eã ⁊ oio delet. Qđ ãt imaginatio moueat ꝺm repñ
tata nõ ꝺm exigentiã reꝝ manifestat ex eo ꝙ homines
mel abhorrent qñ apud eos assimilat euomite cholere.
Silr cibos laudabiles atqꝫ sapidos qñ colores eorũ
assimilant coloribus horribiliũ corpoꝝ ⁊ etiaꝫ forma
formis ꝙuis ẽt talia non esse credant. Similiter in ꝓ
posito qñ quedam similitudo rei supradicte repñtat si
ue propter uehementiã motus desiderij siue propter
leuitatem acquisitionis desiderati tanꝙ eẽt obtentum

afficit ac si iam realiter esset ⁊ idõ nõ fit rancor. Sic er
go ex predictis est manifestum ꝙ inter cõplexiones su
perius noiatas ultia est ualde disposita ad rancorem.

ℭ C.ix. de differentibus modis letificandi ⁊ confor
tandi repertis in medicinis.

M Edicine letificantes letificant quidem propt
aliq̄ supradictaꝝ causaꝝ utpote: uel qr nutriẽ
do restaurant spũm sicut uinuz. Aut prebent ei splẽdo
rem ⁊ lumen sicut margarita ⁊ sericum cum potentia
abstergendi quã habent: aut cõgregando ⁊ probiben
do celerem dissolutiõm ipsius sicut emblici ⁊ karabe:
aut tpando cõplonem siue cũ caliditate ut doronicum
siue cum frigiditate ut cãfora ⁊ aqua ros. aut confortã
do per delectabilem complonem ipsius sicut silauia a
romatica: aut sequestrando mlicũ ⁊ turbidũ humorez
ab eis sicut buglossa ⁊ lapis lazuli ⁊ illud sepatiz ut di
ctum est aut cõiunctim sicut si cõiungat corallus ⁊ ka
rabe ⁊ buglossa quẽadmodũ docebimus in capitul' vl
timis h⁹ libri: aut forte letificant propter ꝓpetatem sin
natam sicut iacynthus: proprietas ãt q̄nq̃ cõiungit a
licui predictaꝝ causaꝝ sicut in muscho ⁊ ambra: hec e
nim letificant cũ proprietate que iungit aromaticitati
refocillanti spũs: similiter ẽt succus matianoꝝ ipse enĩ
letificat cũ proprietate ⁊ q̄n spũs complo ẽ calida val
de letificat simul quĩd cũ proprietate ignota ⁊ cũ aliq̄
cã ex cognitis vz cũ frigiditate: doronicũ similiter qui
dem cũ proprietate letificat ⁊ q̄n spũs complo frigida
est letificat ẽt cũ proprietate simul tpando complonez
per calefactionem. Supradictaꝝ ãt illa que proprieta
ti cõiungit q̄nq̃ est vlis q̄nq̃ ꝑticularis: illa ergo que
vlis est nullius eget repressione in aliquã causa debili
tatis cordis aut tristitie qualis causa est aromaticitas
Si vero ꝑticularis fuerit in aliquibus eget repressiõe
sicut frigiditas succi uel sirupi matianoꝝ que inquam
letificat in una complone ⁊ nõ in alia. Qñ ergo quis
in frigida complone uti proposuerit ad letificanduz si
rupo matianoꝝ frangere oz cũ calefacientibus ipsius
frigiditatem. Erit ãt rectius si frangit cũ calefaciente
qd ẽt ex proprietate letificat sicut si misceat cũ sirupo
matianoꝝ aliquid muschi uel ãbre q̄n ꝑm intentionem
curationis ad letificatiõm propinat frigidã complonẽ
hñti. Ad qualitates ãt cõuenientes cũ substantie natu
rali appetitu inclinant uirtutes quaꝝ propria sunt ob
iecta sicut sunt aromaticitas ⁊ dulcedo: hec enim de
siderant olfatiua ⁊ gustatiua ⁊ naturalis uirtus etiam
inclinat naturalr ad ipsa. Duraꝝ enim medicinarũ eq̄
lium in uirtute dulcior quĩd ⁊ aromatica magis effica
cioris est iuuamenti ⁊ propterea ꝙ uirtus attractiua
mẽbroꝝ recipit fortius ⁊ spũs celerius inde nutrit si
potentiã habuerit nutriendi ⁊ ab ea celerius patit in
q̄ntum est medicina: uerũtñ subiectum aromaticitatis ẽ
subiectiue substantia vaporosa siue fumal: subiectuz ãt
dulcedĩnis est spissa substantia terrestris ⁊ idõ aromati
ca magis congrua sit nutrimento spũum dulcia ṽo cor
poris nutrimento proinde ẽt in cordialibus nutrimen
tis potius exigit aromaticitas q̄ dulcedo. Qm̃ cor est
minera generationis nutrimẽti spũum. Epar ãt qr ẽ mi
nera generationis nutrimẽti corporis exigit in nutrimẽ
tis ipsius de aromaticitate min⁹ ⁊ d dulcedine plus q̄
in corde: aromaticitas ãt exigit in eis. Idcirco quia e
par est minera spũs naturalis nõ quĩd minera genera
tionis ipsius apud contẽplatores ueritatis sed tm̃ mi
nera receptionis ⁊ sedes: apud tamen artificẽ medicie
sic. Spũs enim naturalis inclinatur ad aromaticitatẽ
⁊ confortatur ⁊ refocillatur ab ea cõiter inde uirtutes
naturales proculdubio confortantur.

ℭ Capitulum. x. de proprietate quid sit ⁊ quantũ dif
ferat a naturalitate.

P Roprietas est in ueritate nihil aliud q̄ natura
Natura uero est principium motus ⁊ quietis
in rebus in quibus sunt perse cunctaꝝq̃ operationum
per se conuenientium eis ⁊ propriarum uerũtamez dif
fert proprietas a natura sicut propriuz a cõmuni. vul
garis ãt opinio est ꝙ differant sicut opposita: uerũtam̃
nõ est sic. sed ueritas quidem est ꝙ in elementis que ꝯ
ponentia sunt generabilium ⁊ corruptibiliuz corporũ
primo causant quedam uirtutes actiue prout exñt in
statu simplici. s. prout sunt ignis ⁊ aer ⁊ aqua ⁊ terra.
Secundo ṽo cãntur alie in cõmistis causata complo
ne mediante qua disponunt ad receptiõem earum ꝑm
quãcunq̃ duaꝝ opinionum. quaꝝ quidem una est ꝙ i
generatione formaꝝ dispositiones introducunt. Alia
uero ꝙ omnes formarum dispões inherent materie
uel hyle ex sui primordiali origine. Sed q̄n aliqua ex
formis aduenit materie prohibet siue ligat aliaruz for
maꝝ dispões. Qñ uero alia forma superuenit auferẽs
exñtem cassando illã cassat dispões prohibitionis ip
sius ⁊ tunc z⁹ hyle ad naturalẽ potentiã dispõnis egre
dit: sed qualitercunq̃ sit hoc est uerũ ꝙ a forma huius
modi perfectius manat in cõposito uirtus que nequit
in simplicibus inueniri ⁊ ꝙ dispõ ad receptiõm illius
cõpiet post cõmistiõm simplicium uerbigra sicut est in
magnete uirtus attractiua ferri quã nulla elementariũ
uirtutũ inuenit hre. Sed exitus ei⁹ est a manatione di
uina procedente in oibus rebus ⁊ producente cũctas
virtutes de potentia in actum siue cũ dispõne prima si
cut in elementis siue cũ dispõne scda que est complo in
cõpositis seu cõmistis: ipsa enim disponit ad receptiõz
predicte uirtutis ⁊ nõ est ipsamet uirtus nec forma ip
sius. Et ead quĩd est responsio ad qõnez de proprieta
te factã: que est rñsio facta ad qõnem de nã: sicut enim
q̄n queritur propter quid cõburit ignis nemo põt alr
dicere uel respondere q̄ propter caliditatẽ ⁊ hoc qui
dem nihil aliud dicere est q̄ qr habet per naturam ca
liditatem cõbustiuã. Silr si dicat quare magnes attra
hit ferrũ nõ põt quidẽ aliter rñderi q̄ ꝙ dicat ꝙ natu
ralem hz uirtutẽ attractiuã ipsius. Ex quo pz quoniã
sicut sciẽs ꝙ propter caliditatẽ cõburit ignis est sciẽs
ꝑm ueritatez ⁊ non est ignorans. Silr ⁊ qui scit ꝙ ma
gnes attrahit ferrum qr uirtutem hz c⁹ natura ẽ attra
here ferrum sicut natura uirtutis que nominatur cali
ditas est in igne cõburens proculdubio sciens est non
ignorans. sed cõbustiua quĩd uirtus nomen hz appro
priatum: alia uero non: ⁊ est etiam cõiter alia uia quasi
extranea nec opinandum est ꝙ rei perfecta notitia ꝑ
hoc nomen habeatur adeo ꝙ sine ipso haberi non pos
sit ullo modo quoniam notitia impositi nominis non
tollit ignorantiam quã inducit extranietas rei. Pre
dicta responsione non sunt contenti vulgares ideo qr
supponitur apud eos ꝙ omnis operatio procedens a
corpore fiat a caliditate uel frigiditate uel humiditate
uel siccitate aut grauedine aut leuitate aut motu uel a
liquo ex his que in simplicib⁹ manifeste inueniuntur.
Qum ergo actio nulli attribuitur predictorum nec ẽ
sensu manifesta ratio processus eius ab illo corpore pu
tant ꝙ omnia principalia eius ignota sint qum tamẽ

non ita sit. Etenim intelligēs bene scit qr procedit vel a uirtute naturali uel animali uel intellectiua uel accidentali. Cetera que dicunt super actione magnetis .s. q trahit cū caliditate sua uel frigiditate uel anima uel cū emissione corpoꝝ curuorum ad modū hami uel cuꝫ similitudine quā nā eius hꝫ cū natura ferri uel cū vacuitate que est in ipso oia inq̄ falsa sunt quorum falsitas consideranti ueritatem leuissime reuelat. magnes eniꝫ adipiscit uirtutem ferri attractiuā cū complone: sicut planta acquirit cū complone nutritiuā uirtutem nec ignorantia de ista uirtute quare potius in magnete q̄ in aliqua re alia inuenit maior sit q̄ ignorantia in alijs rebus. Hec eniꝫ ignorantia in duobus cōsistit. Quoꝝ p̄mū est ignorantia factiorum .s. principiorum producētiū hāc v̄tutē in esse: hec aūt ignorātia nō magis appropat huic v̄tuti q̄ cuilibet cogite nature. Scd̄ꝫ v̄o est ignorātia receptibil' uꝫ dubitare de cā ꝑpter quā ad receptōeꝫ v̄tutis huius disponit plus q̄ aliqd̄ corpus. Et hec sil̄r ignorātia non est magis ꝑp̄a hui' uirtutis q̄ aliaꝝ nāliū reꝝ. talis .n. ignorātia est i nobis de coloribus ꝛ odoribus ꝛ v̄tutib' aie ceterisq̧ sīlibus. de ōnibus eni his rebus scim' qm̄ ad actū essendi pueniūt a p̄ncipijs actiuis quoꝝ cā de' est bn̄dict': ꝛ scit ēt qm̄ illud est pp appropriatiōm materie cā dispōnis sequētis complonem: ponimus etiam proportionem simplicium causaꝝ complonem aliā quā quidem proportionem simplicium h' cōmistionis ignorabimus q̄diu viuemus in h' mūdo. vn̄ pꝫ quoniā ignorantia cārū prouentus huius uirtutis in magnete: nō est mirabilior q̄ ignorantia cāꝝum disponentium res ad rubedineꝫ aut citrinitatem aut corpus aut animā. Sed a rebus quidem consuetis admiratio cadit ꝛ negligit aīa de ipsis inquirere: quod āt raro est excitat admiratiōm ꝛ inducit ad inquirendum ꝛ ad speculandum de causis eius In summa ergo proprietas est natura inuenta in ꝯmistis corporibus procedens in eis a su̅pna ꝛ plenissima influentia pp ꝯplonē ꝑp̄aꝫ uel pp dispōnē mat'ie passe q̄ p̄ticularem ꝛ p̄p̄am dispōnem acquirit. Eteni loquēdum est f̄m ueritatem de proprietate corpoꝝ cōmistorum veꝝūtamē f̄m consuetam opinionem dr̄ proprietas a natura quoniam proprietas dicitur uirtus commistis inuenta corporibus a qua procedit in alio corpore actio insueta q̄tum ad manifestam naturā. Dicit vero nā virtus qua corpora simplicia operant. de hoc igitur ad tantū se extendit cognitio vulgarium ꝛ debiliter perscrutantium veritatem: q si ignis esset res difficilis inuentionis ꝛ de longinquis p̄tibus afferretur admiraret utiq̧ vulgus de proprietate eius amplius q̄ de proprietate corpoꝝ ceteroꝝ ꝛ inquireret attentius de causis proprietatis ipsius q̄ de causis aliarum proprietatum quoniam ipsius operationes ualde mirabiles sunt. Etenim presentia eius extrahit uisum de potentia ad actū ꝛ tangi se prohibet ꝛ ascendit sursuꝫ ꝛ ascendere facit ea que vincere potest ꝛ generatur ex modico ipsius in una hora q̄titas magna ꝛ corrumpit omne illud cui obuiat ꝛ transmutat ad sui substantiaꝫ nec enim minuit si accipiat ex eo. Et hec quideꝫ in v̄itate mirabiliora sunt q̄ tractus ferri a magnete uel q̄ cetere proprietates. Sed quoniam ista usitata sunt ꝛ quotidie apparentia cadit ab eis admiratio ꝛ sollicitudo perquirendi cāꝫ ipsorum. Actio vero magnetis qr rara est ꝛ inusitata inducit admirationem ꝛ prouocat ad inquirendum de causa ipsius.

¶ Explicit tractatus primus. Incipit secundus.

¶ Capitulum Primum de numero ꝛ notificatione virtutum medicinarum in genere.

Expedit ut tractare uolentes de conditionib' medicinarum cordialium memoremus op̄a cuiuslibet sp̄ci ipsarum ante tamen hoc cōueniens est ut omnium medicinarum vl̄r qualitates f̄m ordinem numeremus diuidentes quoniam qualitatū medicinarum quedā inherent ipsis substantijs medicinarum ex se siue anteq̄ patiantur a corpore siue non. Quedam vero eis attribuūtur per comparationem ad effectum quem in corpore derelinqunt ꝛ in his que in ipso reperiuntur. Qualitates autē que in ipsis substātijs medicinarum ratione sui attribuunt sunt verbigratia: caliditas: frigiditas: siccitas: humiditas: subtilitas ꝛ grossities: ꝛ congelatio: viscositas: liquiditas: minutio saporum ꝛ odorum. Di āt calida que qū passa fuerit a nāli uirtute nr̄i corporis calefit primo: deinde calefacit postmodū corpus nr̄m. Sil̄r intelligendū est d̄ frigida sicca ꝛ humida. Subtilis uero medicina que postq̄ passa fuerit a predicta uirtute in corpore nr̄o velociter in minimas p̄tes diuidit q̄tum est possibile sic cinamomū atq̧ crocus. Grossa uero dr̄ que huic ōria est sicut cucurbita ꝛ gypsum. Coagulatiua v̄o medicina est que frigore coagulata calore dissoluit ꝛ liquefit atq̧ calore dissoluta frigore coagulat. Medicina v̄o liq̄da est c' p̄tes de facili recedunt a loco in quo ponunt Viscosa uero dr̄ que tollerat extensiōꝫ absq̧ intercisione. Cōminuibilis uero medicina est que diuidi potest in minimas partes a debili cā. quid āt sit sapor ꝛ odō iā notum est. Qualitatum āt que medicinis attribuuntur respectu inpressionis que in corpore uel conuenientibus ei relinquit: quedā accipiunt ab actionibus absolutis: quedā uero ab actionibus relatis ad p̄tes corporis sp̄ales. Prime uero s̄t que signant qū dr̄ medicina subtiliatiua: aperitiua: relaxatiua: lauatiua: incisiua attractiua: mordicatiua: dissolutiua: abstersiua: ꝛ aspatiua: rubificatiua: vlceratiua: pruritiua: cōbustiua: corrosiua: putrefactiua: cauterizatiua: maturatiua: digestiua: inflatiua: frāgitiua uentositatis: ingrossatiua: inuiscatiua: lenitiua: lubrificatiua: cōstrictiua: expressiua: oppilatiua: repercussiua: stupefactiua: ꝯfortatiua: iczudatiua: mortifera: corruptiua: seu uenenosa: tyriacalis Alie uero qualitates s̄t que signātur qū dr̄ medicia laxatiua prouocatiua urine: aut sudoris inductiua: uel nauseatiua: uomitiua: retentiua sanguinis aut urine: cōstipatiua: cicatrizatiua: vlcerum: generatiua ꝛ mundificatiua ipsorum: decoratiua: excorticatiua. Ad distinctā āt cognitionem cuiuslibet qualitatum volumus explicare cuiuscūq̧ predictorum uocabulorum intentionem. Subtiliatiua ergo medicina est illa que substātiā humoris efficit tenuem leuiter dissoluendo cū t̄peratā caliditate. Dissolutiua uero medicina est illa que propter excellentiā sue caliditatis humorē diuidit sub forma uaporis ꝛ eius p̄tes extrahit successiue a loco i q' includitur donec consumatur. Abstersiua quidem ē que remouet a superficie mēbrorum ꝛ orificijs poroꝝ coagulatas ꝛ uiscosas hūitates. Exasperatiua uero ē que mēbꝝ efficit in superficie diuersaꝝ partium quo ad sitū ꝛ exasperās quidem efficitur abstersiua quādo trāsit super mēbrum solide substātie sicut cartilago ꝛ os: cuius quidem superficies naturaliter partes habet diuersas in situ sed humiditas uiscosa uel lenis currens sup

ipſum applanat eam accidentaliter: unde abſterſiua
trãſiens ſuper eã reducit ipſã ad nãlem aſperitatem.
Aperitiua eſt que non tãtum ab orificijs meatuum ſʒ
a concauitatibus ipſorum mouet materiã ad extra in
tus contentam. Relaxatiua eſt que ſubſtãtiam mēbro
rum habentium ſpiſſos poros efficit leuiorem calidita
te ⁊ humiditate propter qꝺ expulſio ſuperfluitatũ que
continentur in eis fit leuior. Lauatiua uero eſt que ab
ſtergit ⁊ non cum actiua uirtute ſed cum paſſiua.ſ. hu
miditate ⁊ hoc ideo qr currit ſuper orificia pororum
leniens humores uiſcoſos ⁊ congelatos exiſtentes ibi
dem ſua humiditate lubrificatiua cõmiſcendo ſe illis
ꝙobrem remouet eos abinde propter motum eius ſu
per illorum ſuperficies ſicut aqua ordei ⁊ aq̃ ſimplex
calida: ꝙ ſi fuerit ibi uirtus abſterſiua erit ablutio for
tis ſicut eſt aqua ſaponis ⁊ ſaponarie. Inciſiua autem
eſt medicina ſubtilis perfecte potens penetrarẽ inter ſꝰ
ficiẽ mẽbri ⁊ ſꝰficiẽ viſcoſi hũoris adherẽtis ei dõec ſꝛet
ipſum ab ea ⁊ ſimiliter penetrare potens inter partes
humoris donec diuidat eas ⁊ a cõtinuitate remoueat
diminuens cõgeries ipſius humoris abſqꝫ ſubtilitate
ſubſtãtie atqꝫ ipſum ſoluendo conſumit. Et inciſiuum
quidem opponitur adherenti viſcoſo quenadmodum
ſubtiliatiuũ groſſo opponitur. ¶ Attractiua vero ẽ me
dicina habens uirtutem valde penetratiuam mouens
humorem quem attingit ad ſuperficiem aut cuʒ prope
tate: aut cum calefactione. Calefactione quidem quia
diſſoluit ⁊ ad locum diſſolute humiditatis neceſſitatis
uacui alia ſubſequitur uice prime. Iterum etiã qr rari
ficat propter qꝺ attractio fit ad replendum vacuum ⁊
iterum propterea qr cauſat dolorem. Et ad membrũ
quidem dolens confluunt materie duplici de cauſa.
Quarũ prima eſt qr dolor virtutem mẽbri debilitat ⁊
idcirco recipit ſuperfluitates que ab alijs membris ex
pelluntur ad ipſum. Secunda uero eſt qr ſpiritus na
turalis procedit ad ipm̃ ad impugnandum cãm noci
uam quem ſequitur ſanguinis multitudo. Mordicati
ua vero medicina eſt illa que habet qualitatem ſubtilr
penetrantem cauſans in continuitate ſolõnem multipli
cem numero tamen parue quantitatis etiã propinqui
ſitus generans doloreʒ. Rubificatiua vero eſt que for
ti caliditate membrum cui obuiat calefacit in tantum
ut ad ipm̃ fortiter trahat ſubtilem ſanguinem ⁊ rubifi
cantem ſuperficiem eius ſicut ſinapis cum ficubus ⁊
mentaſtro propter qꝺ eius actio vicem cauterij ſuplet
Vlceratiua vero eſt que habet potentiam rubificandi
adeo excellentem ut diſſoluat humiditateʒ continuati
uam partium quibus obuiat cauſatqꝫ vlcera vel vulne
ra ⁊ attrahit ad ipſum ſuperfluitates ꝙobrẽ vlcus effi
ciunt qualis eſt anacardus. Pruritiua ãt eſt que põt
acumie ⁊ caliditate ſui uſqꝫ ad poros humores morti
ficantes attrahere: nec tamen vlcerarẽ poteſt quẽadmo
dum ſerapinum. Aduſtiua vero eſt que facit euapora
re humiditateʒ ab humoribus relinquens cinereitatẽ
ipſorum in corpore ſicut euforbium ⁊ aſſa fetida. Cor
roſiua vero eſt q̃ diſſoluendo ⁊ vlcerando peruenit ad
diminuendum ſubſtantiam carniſ. Putrefactiua vero
eſt que continuitatem mẽbri corrumpit diſſoluẽdo na
turalem ſpiritum atqꝫ calorem ipſius abſqꝫ eo ꝙ cõro
dat ipſum, aut cauterizet aut cõburat ſed relinquit in
eo humiditatẽ in quã agit calor inaturalis. Diſpoſitõ
autem humiditatis in quã agit calor innaturalis putrẽ
factio nominatur. Tales autem medicine ſunt arſeni

cum ⁊ ruta ſilueſtris. Cauterizatiua vero eſt que cutẽ
cõburit taliter ut eius conſumat humiditatem propter
qꝺ eius partes corrugantur ſicut in eo quꝺ aſſatur ꝙ
obrem efficitur ſubſtantia cutis oppilans meatum hu
moris fluentis. Maturatiua medicina eſt illa que re
ctificat ſubſtantiã humoris vtpote ſubtiliãdo ſi fuerit
groſſus aut econtra propter qꝺ ad expellenduʒ hilitat
⁊ illud quidem facit quãdoqꝫ cum ſubã ſua. nã ſi ſubti
lis fuerit ſubtiliat nimis groſſum. ſi uero groſſa quod
nimis eſt ſubtile ingroſſat: quãdoqꝫ vero facit illud cuʒ
qualitate nã ſi fuerit calida maturat ꝑ ſe frigida vero ꝑ
accidens etenim calꝰa ſubtiliat qꝺ eſt groſſum ⁊ nãliter
ſeꝑat inter corpora ⁊ rem extraneã. frigida vero qñqꝫ
nimis ſubtilis procurat ſubãm mediocreʒ ⁊ nimie cali
ditatis compꝉonem tꝑat. Et oẽ quidem quꝺ a calido
liquefit a frigido coagulatur ⁊ econtra. Qũ ergo ſub
tilitas humoris cauſatur a caliditate extranea ita ꝙ ca
liditas nãlis efficitur ꝑꝑ illud ĩpotens ad expellenduʒ
ipm̃: frigidum quidem tunc frãgit extranei caloris acu
mẽ. Digeſtiua v̊o medicina eſt que trãſmutat cibũ in
humores laudabiles quibus corpus nutritur ⁊ humo
res in ſubſtãtia corporis. Inflatiua uero medicina eſt
in cuius ſubſtãtia dñatur groſſa hũitas extranea tꝑate
ꝯmiſta in qua qũ egerit caliditas nãlis generatur inꝺ
uẽtoſitas que ñ diſſoluitur ſicut ſũt faſeoli. Iſtaꝝ uero
medicinaꝝ q̃dã cauſãt inflationem in ſtõ q̃oam in ueis
in quibus cũ ꝑdicta hũiditas fortius eſt ꝯmiſta nõ diſ
ſoluit̃ inꝺ mlta uẽtoſitas niſi apud ſeꝑationem ptiũ me
dicine: idcirco cauſatur in uenis inflatio non in ſtoma
cho. Tales aũt medicine ſũt ſicut ʒiʒiber ⁊ eruca ⁊ ſũt
medicine ꝯgruẽtes ad excitãdũ libidineʒ. Frãgitia uẽ
toſitatis medicia ꝯplens ẽ cũ caliditate ſubtili ⁊ ignea
defeciũ caliditatis debilis q̃ diſſoluere nequit uẽtoſaʒ
hũitatẽ in quã agit. Diſſolutio aũt huius medicine qñ
ꝑuenit ad diſſolutioneʒ inflatõis cãtaʒ in uenis a cibis
⁊ medicinis quale eſt ſem̃ rute ⁊ agni caſti ⁊ huiꝰmõi
medicine nocẽt libidini. Ingroſſatiua uero medicina ẽ
ꝯtraria ſubtiliatiue. Inuiſcatiua ſeu lenificatiua medi
cina eſt illa que ſui uiſcoſitate extẽdit̃ ſupra ſuꝑficiẽ mẽ
bri diuerſaꝝ ptiũ inꝰſitu. ſ. aſꝑi ſicut ſtomachi ⁊ matricũ
⁊ trachee arterie ꝙobrẽ cãt in eis ſuꝑficiẽ extraneã arʒ
leuẽ. Lubrificatiua ãt medicina eſt que humectat ſuꝑ
fitiẽ corꝑiſ in meatu retẽti ⁊ liberat meatũ ab eo qꝺ ꝯti
netur: corpus quiꝺ retẽtũ cũ grauitate propria ⁊ nãli
mouet̃ ꝓpter qꝺ medicina efficit̃ ꝑ accñs mouẽs ipm̃
quales medicine ſũt pruna ⁊ mucilagines. Cõpreſſiua
uero medicina eſt ſicca cauſans in m̃bro ſiccitatẽ ⁊ co
adunatioueʒ ipſius ad ſe ipʒ uñ obturat̃ trãſitus ⁊ me
atus ⁊ ex fortitudine ꝯpſſionis ⁊ coadunationis ptiũ
m̃bri ad inuicem cogũt̃ hũitates ſubtiles in eiꝰ ꝯcaui
tatibꝰ ꝑmanẽtes exprimi uiolẽter ex motu eius oppoſi
to. Oppilatiua medicina eſt illa que in meatibus cur
rens reſiſtit uirtuti motoris ⁊ remanet apud quãlibet
cõſtrictiuã ⁊ replet ulcus ſicut eſt lutũ comeſtibile. Re
percuſſiua uero medicina eſt frigida que adeo ĩfrigidat
mẽbꝝ ꝙ ipſum inſpiſſat ⁊ eius meatus reſtringit ⁊ fluẽſ
ad ipſum cõgelat ⁊ inſpiſſat extiguẽdo caliditatẽ ipſiuſ
ꝙobreʒ retinet ipſũ ⁊ ꝓhibet eius motũ ⁊ ꝓprie ſi fue
rint groſſe ſubſtãtie ſicut oleũ roſ. ĩfrigidat ⁊ mucilago
pſilij ⁊ pſilia. Stupefactiua eſt medicina frigida q̃ adꝺ
infrigidat m̃bꝝ ꝙ ꝓpter frigiditateʒ alterat ſubſtãtiam
ſpiritus penetrãtis in ipſũ ⁊ extrahit a ꝯpꝉone ſua que
recipit uirtutem ſẽſus ⁊ motus ⁊ ꝑmutat etiã ꝯpꝉonem

ipſius mēbri vñ āputat ſenſum eius. Confortatiua me
dicina eſt que adeo tꝑat cōplonē mēbri vt prohibeat
ipƷ recipere corruptelā aut cū proprietate aut cū ſua ꝯ
plone ita.ſ.ꝙ infrigidat nimis calidū ⁊ nimis frigiduƷ
calefacit queadmodū de oleo roſ. cōmemorat G. In
crudatiua medicina ē que frigiditate ſua prohibet ma
turationē ⁊ digeſtionē ſicut aqua frigida qū bibitur in
aꝑate ſtōi. Mortificatiua medicina eſt illa que corrū
pit cōplexionē ⁊ ſubāƷ ſpiritus cordis aut per formaƷ
ipſius ſpecificā ſicut venenū aut per excellentiā alicuꝰ
qualitatis actiue ſicut opiū per frigiditatē ⁊ euforbiuƷ
per caliditatē. Medicina āt que proprie appellatur
venenū eſt illa que corrūpit cōplonē ſpiritus per ꝯrie
tatē ſubſtantie ſpēi ſue ad ſubām ⁊ ſpēm ſpiritus ſicut
napellus. Medicina āt tyriacalis ⁊ liberans a uenēo
eſt illa que cōplonē ſpūs ab iprreſſione ueneni reducit
ad naturalitatē ⁊ ab ipſo preſeruat eā cū ſua proprieta
te. Medicina āt prouocatiua vrine ac ſudoris ⁊ medi
cina laxatiua ⁊ iterū ſanguis eductiua ⁊ retentiua ipſi
us ⁊ his conſiles manifeſtas quidem habent intentio
nes quapropter notificatione non indigent.

¶ C. ij. in quo oſtendit que ſit virtutes medicinarum
que ad confortationem cordis ⁊ letificationeƷ confer
re poſſunt aliquo modo.

Supranomiatarū medicinaꝶ quedā medicinas
cordis ingrediunt: quedā vero non: Faciemus
āt nūc ď ingredientibus mentionē. Medicine laxatiue
proſunt ad confortationem cordis dupliciter: vno qui
dē modo intendī iuuamentū cū eis procurari iā dcm̄
per euacuatiōm nociui humoris a toto corpore: aut a
ꝑtibus epatis ⁊ cerebri ſicut fit cū decoctione epithy
mi: aut cū medicina cū epithymo confecta. Secundo
vero modo qñ intendī cū medicina laxatiua nō predi
cta euacuatio ſƷ mundificatio tm̄ ſanguinis qui prope
eſt in corde ad hoc ꝙ ſpūs mundus generet in eo ſicē
qñ ponitur in medicinis cordis lapis lazuli aut arme
nus ex quibus medicinis qū peruenerit eaꝶ uirtꝰ ad
cor adipiſcitur virtutē expulſiuā mlīci hu. a ſanguine
tendente ad ipm ⁊ mlīci vaporis a ſanguine generati
in ipſo quiď ēt iuuamtuƷ procedit ex corde ad cerebꝶ
Nocet verūtñ medicina laxatiua cordi qm̄ oīs euacu
atio nām duobus modis cōprimit. Primo quiď cū eo
qď nociuū eſt euacuat aliquid de conueniente nature
Scďo vero qm̄ affert ſupra nām ad mēbra qď trahit
a mēbris vnde grauantur. nā enim trahit humores ad
ſedē ipſoꝶ ⁊ ibidē quieſcere facit eos. medicina uero
laxatiua huic contrariū efficit: accidit ergo ex hoc na
ture debilitas ⁊ pigrities ꝙobreƷ non preualet ei. Ty
riacalis āt medicina ſiſtit vomitū atqƷ fluxū confortan
do nām ⁊ repugnando illi prout hƷ ſubām venenoſā ⁊
cū ſua venenoſitate euacuatur. Et idcirco fertur bene
dixiſſe ſapiens Hip. ꝙ medicina laxatiua mundificat
atqƷ ledit. Rurſus āt iuuamtum laxationis maius qui
dē eſt in triſtitia propter mundificationem ſpiritus ꝙ̄ i
cordis debilitate. Laxatio nāqƷ diminuit mām ſpiritꝰ
⁊ debilitat cordis complonem. Medicine vero ꝓuo
cantes vrinā ⁊ ſudorē ſunt vtiles in debilitate cordis ꝙ̄
cātur ex ſubtilitate ſanguinis ⁊ eiuſ aquoſitate: nociue
āt in triſtitia que cauſatur ex turbido ac mlīco ſangui
ne quoniā auget ſanguinis ſiccitatem ⁊ groſſitieƷ ⁊ tur
bulentiā mlīcam. Euacuatio vero ſanguinis nocet de
bilitati cordis que cauſatur ex frigiditate ſanguinis ⁊
paucitate: prodeſt āt debilitati que cātur ex ſuffocatio
ne caloriſ naturalis ⁊ ſuperfluo ſanguine ſicut in cardi
aca ⁊ hec eſt ſinocha inflatiua ſanguinea. Medicina
ſubtiliatiua medicinis cordialibus aſſociatur quando
triſtitia cātur ex turbiditate ſanguinis aut in debilita
te cordis que ex groſſitie ſanguinis ⁊ eius frigiditate
cātur vnde generatio multi ⁊ tꝑati ſpiritus prohibetur
Eodē vero modo ſimiliter abſterſiua ⁊ aperitiua illis
adiungitur vt cum ſui aperiendi potentia penetrare fa
ciat medicinas cordis que ſunt ſicut karabe ⁊ terra ſi
gillata. Inflatiua medicina valde nociua eſt triſtibuſ ⁊
corde debilibus quoniā replet ſubſtantiaƷ ſpiritus va
poribus congruis ⁊ in tranſmutabilibus habentibus
ſe ad ipſos ſicut ſe habent ſuperfluitates ad mēbra: ob
tenebrant ergo ſpiritus atqƷ grauitant ⁊ ad ſuaſ opera
tiones debiles eos redunt propter qď debilitationem
cordis atqƷ triſtitiam ſimul cauſāt. Conſtrictiua medi
cina ⁊ inuiſcatiua medicina cordis ingrediūtur vt ſub
ſtantie ſpiritus ſoliditatem ⁊ continuitatem laudabilē
tribuant ne velociter diſſoluatur quolibet leui motu.
verūtamen ipſaꝶ vtilitas in debilitate cordis eſt maiō
ꝙ̄ in triſtitia quoniā ex ſubtilitate ſpiritus ⁊ ſanguinis
cordis debilitas amplius accidit. Triſtitia vero poti
us ex groſſitie ſanguinis ⁊ turbulentia eiuſ. Repercuſ
ſiua vero medicina tunc medicinas cordis ingreditur
quandoqƷ propter debilitatem eius cauſatā a mala com
plone calida patitur nocumenta. Stupefactiua medi
cina ponitur in medicinis cordis vt virtutes ipſarum
a corruptione cuſtodiat in uia vſqƷ ad cor ⁊ in corde
poſtmoduƷ tꝑe ſufficienti ſimiliter ad faciendū impreſ
ſionem ſicut opiū in confectionibus cordialibus. Me
dicine autē confortantes tenacitate ſua omnes inquā
medicinas cordis ingrediuntur quoniā humane natu
re eius proprietate conueniunt cuiuſ inquā nature ꝑn
cipiuƷ cor exiſtit ⁊ quoniā ēt cor confortant ut a vene
nis non patiatur. quales ſunt doronicū ⁊ muſchus. ⁊
omnes quidem medicine letificantes cor ⁊ confortan
tes ipſuƷ ſunt tyriacales non tamen omnes tyriacales
ſunt letificantes propterea qr quedā ipſaꝶ ſunt valde
calide ut caſtoreū: quedā ualde frigide ut lactuca ⁊ pō
tulaca. Et ſunt quedā tyriacales illis qualitatibus in
digentes diuerſis ex cauſis. venenū enim cui repugnat
contrariatur cū ſui ſubſtantia ⁊ forte cū qualitate pre
dicte qualitati contraria: aut ſolum contrariatur cum
qualitate qualitati predicte contraria: aut forte neceſ
ſarium eſt ut medicina veneno repugnanſ ſiue calido ſi
ue frigido ſit uehementis caliditatis multis ex cauſis.
quarum una eſt ut ſit ſpiritus fortis motus. Secunda
quidem eſt ut ſit uehementis extenſionis ad hoc quiď
ut cū potentia mortificandi ⁊ tyriacali quā habet lon
ge poſſit obuiare ueneno impugnando ⁊ expellēdo ip
ſum anteꝙ̄ cor attigat. Tertia vero ut ſit fortis ad cor
rūpendum ⁊ cōburendum uenenum in modico tꝑe in
quo cū hoc qď dcm̄ eſt inſuper conſeruatur ſpiritus i
ſuo ſaluo eē tyriacali proprietate. Vomitiua vero me
dicina prodeſt cordi quoniā alleuiat anhelitum ut inď
cor melius euentet. Diſſolutiua medicina debilitati
cordis ⁊ triſtitie valde nocet niſi ex groſſitie ſpiritus ⁊
frigiditate cauſetur ⁊ in corde ſint inflatiui humores:
nocet āt debilitati cordis propterea qr diſſoluit ſpūm
exiguū ⁊ ſubtilem. qď eni diſſoluitur quecunqƷ ſit ſubā
eius ex genere eſt vaporis ⁊ uenti. Triſtibus āt nocet
quoniā triſtitia ſi cātur ex paucitate ſpiritus diſſoluen
do addit in paucitate aut ſubtilē ſpūm efficit turbulētū

⁊ remanenti spissitudinē auget. ꝙ si necessitas coegerit vti ea expedit ei cōmisceri confortatiuas medicinas ⁊ congregantes aut continuitatem seruantes dū tñ sint ex his que cōueniunt cordi sicut myrtus ⁊ kebuli.

¶ Capitulum tertium de simplicibus medicinis cordialibus secundum ordinem alphabeti.

Postꝙ locuti sumus de virib⁹ iudicijs medicinarū ⁊ ostendimus que ex eis medicationi cordis conueniunt ⁊ que non ⁊ etiā propter quid: nunc iā expedit ut tā ad iudicia particularia medicinaruꝫ cordialium simplicium ꝙ cōpositarum amō descendamus a simplicibus incboantes ſm ordinē alpbabeti. Inqt translator. quoniā alpbabetuꝫ arabicū nequit ordinē alpbabeti nostri seruare: idcirco medicinas simplices de quibus auctor bic loquitur ad alleuianduꝫ laborē studentibus ſm seriē nostri alpbabeti scripsim⁹.

¶ De littera. A. ¶ Ambra ¶ Aurum ¶ Argentū ¶ Acedula ¶ Agaricus. ¶ De Ambra.

Ambra calida ⁊ sicca in secundo ⁊ cum subtilitate ⁊ viscositate sua nibilominus babet uebementem proprietatem letificandi ⁊ confortandi simul Est āt ad boc potentior propter fortitudinem sue aromaticitatis ⁊ ideo confortatiua est substantie cuiuslibꝫ spūs ⁊ mēbrorum principalium ⁊ multiplicatiua ipsi⁹ effectus ⁊ est multo tpatōr muscbo. Iaꝫ autem patens est bui⁹ natura cū subtilitate ⁊ viscositate ⁊ soliditate.

¶ De Auro.

Aurum iudicatur inter iudicium argenti ⁊ iudicium iacyntbi ⁊ est quiđ īfra iacyntbū ⁊ supra argentum cuius quidem complō tpata est aliquātulū vicina calori ⁊ est eius operatio a proprietate.

¶ De Argento.

Argentum aliquātulum est frigidum ⁊ siccuꝫ ⁊ eius quidem effectus similis est effectui iacyntbi boc excepto ꝙ est multo debilius illo.

¶ De Acedula.

Acedula propinqua est acetositati citri attamē ꝙuis in complōne non sit ea debilior in propͥetate tamen multo debilior est. ¶ De Agarico.

Agaricus calidus est in primo siccus in secundo. Inest autem ei proprietas tyriacalis contra omne venenum ⁊ propter subtilitatem que eius caliditati cōmista est aperitiuus est ⁊ laxatiuus bu. turbidi propter que omnia inest ei proprietas confortādi cor ⁊ letificandi.

¶ De littera. B. ¶ Basilicon ¶ Been.

¶ De Basilicon.

Basilicon calidum est ⁊ siccum in primo: babet autem aromaticitatem ⁊ stipticitatem cuꝫ subtilitate preter boc etiam est in eo superflua bumiditas letificat autem cum proprietate quā adiuuat aromaticitas stipticitati ⁊ subtiliationi associata: finaliter tamē vsus ei⁹ non est in letificatione laudabilis quoniam substantia nutritiua que est in ipso contrariatur ipsius medicinalis substātie: etenim substātia medicinalis efficit que dicta sunt: nutrimentalis vero sanguinem turbidum atqꝫ melācbolicuꝫ generat ⁊ illa superfluitas in super que est in ipso causat inflationem in venis: iam autem ostensum est ꝙ nociua sunt ista duo.

¶ De Been.

Been calidum est in secundo: siccum in primo. Ipsius autem quodā est album: quodā rubeum. Sed rubeuꝫ quidem calidius est. Et est nibilominus in utroqꝫ stipticitas cum subtiliatione ⁊ apertione Inest ei fortis proprietas confortandi cor ⁊ etiā simul letificandi ad que quidem iuuatur stipticitate subtiliationi coniuncta. ¶ De littera. C.

¶ Citrum ¶ Corallus ¶ Cinamomum ¶ Crocus ¶ Canfora ¶ Coriandrum ¶ Calamentum ¶ Casia lignea ¶ Caro ¶ Ciperus.

¶ De Citro.

Citri cortex est ex letificantibus tyriacalibus cuius proprietatem caliditas quidem adiuuat. Est enim calidum ⁊ siccum in tertio cui appropiquat folium ⁊ flos eius suntqꝫ subtiliores eo ⁊ eius etiam acetositas est ex confortantibus cor calide ⁊ sicce complexionis. ⁊ est ex conferentibus cardiace calide: post boc autem est in eo tyriacalitas vnde confert morsui reptilium ⁊ serpentis ⁊ est frigide ⁊ sicce in tertio. Semen autēꝫ eius est tyriaca conferens uenenis: videtur etiam ꝙ sit ex confortantibus cor prebendo soliditatē substantie spiritus. est frigide ac sicce complexionis in tertio nec elongatur ab intellectu quoniam fit ex alleuiantibus ipsum.

¶ De Corallo.

Corallus frigidus est in primo siccus in secundo ⁊ cum proprietate confortat cor ⁊ letificat quam quidem proprietatem adiuuat illuminatio ⁊ abstersio ⁊ solidatio cum stipticitate.

¶ De Cinnamomo.

Cinamomum alitinium calidum est in fine secū di: siccum in tertio: babetqꝫ modicam stipticitatem ⁊ inest ei letificandi proprietas quam adiuuat aromaticitas eius ⁊ fortitudo subtilitatis. Et propterea confert iuuamento tyriace.

¶ De croco.

Crocus calidus est in secundo: siccus in primo ⁊ sunt in eo stipticitas ⁊ dissolutio fortes atqꝫ digestio sequitur proculdubio. ⁊ inest ei proprietas vebemens in confortando cor ⁊ substantiam spiritus ⁊ letificandi cuꝫ boc ꝙ illuminat ⁊ dilatat ⁊ solidat ipsum ⁊ adiuuant ad bec aromaticitas fortis cum natura predicta. Multitudo vero comestionis eius superflue: dilatat spiritum ⁊ mouet ad extra donec occidat propter boc ut discedat a nutrimentali medicina ⁊ sequitur inde mors. Dosis autē eius ad boc non est nec oportet de ipsa mentionem facere.

¶ De Canfora.

Canfora frigida est ⁊ sicca in tertio: uirtus eius est saluare substantiam spiritus cum dominio sue frigiditatis quando eius quantitas moderatur ⁊ fortasse adiuuat ipsam absolute frigiditas in calida complexione: quando propter malitiam eius complexiōis debilitatur spiritus ⁊ dissoluitur. Aromaticitas autēꝫ eius adiuuat absolute proprietatem ipsius in omni cōplexione. Temperatur vero frigiditas eius cum ābra ⁊ muscbo. Siccitas autem cum oleis bumidis ⁊ aromaticis sicut est oleum viol. etiaꝫ est tyriaca. ⁊ proprie contra calida venena. Et acquirit ab ea spiritus subtilitatem ⁊ luminositatem vebementem ⁊ propterea letificat ⁊ confortat: in boc autem karabe assimilatur ei. Sed canfora quidem fortioris proprietatis est ⁊ vebementioris saluationis.

¶ De Coriandro.

Corianorum frigidum est in secundo siccum in tertio. Et inest ei proprietas confortandi cor

⁊ letificādi ⁊ ꝓꝑe in calida ꝯplōne ⁊ adiuuāt ipm̄ aromaticitas ⁊ stipticitas eius.

De Calamento.

CAlamentū si reꝑmatᷣ eius caliditas ⁊ siccitas cū oleo viol. ⁊ remanserit aromaticitas ⁊ penetratō eius ꝯfert in tꝑando spūꝫ in cerebro exn̄tē ⁊ ꝓꝑe si fuerit ꝯplōnis pblatice tūc.n. repssione non indiget. nec est auditū ꝙ spiritui ꝯferat q̄ existit incorde iuuamento magno veꝝn̄ ex his que diximꝰ de q̄litatibus eius vī ꝙ ꝯferre possit eideꝫ.

De Casia lignea.

CAsia ligeua apꝓpinquat in ꝯplōne cinamomo alitinio non tn̄ in subtilitate.

De Carne.

CAro licet sit nutriens puꝫ attn̄ aqua eius īgreditᷣ curatōeꝫ debilitatis eius nō igī obest de ipa loqui. Et idcirco dicimꝰ ꝙ carnis aq̄ si laudabilᷣ fuerit caro aialis: aut bidētis ouis: aut iuuenis arietis: aut hedi uel caro laudabilium auium est ultima rerum debilitati cordis. Quod si causatur ex debilitate spiritus tunc utilior est caro animalis aut bidētis ouis Si uero ex ipsiꝰ grossitie ⁊ turbiditate ⁊ paucitate tūc leuiores ex eis vtiliores sunt. Plures autem medicoꝝ sunt opinati ꝙ aqua carnis sit brodium decoctionis ipsius non tamen est ita. Sed potius aqua carnis est succus per decoctiouem extractus a carnibus cōminutis donec resudando fluat ab eis ⁊ in qua frigitur caro cuius colatura potui ministratur.

De cipero.

CIperus de eo dicetur ī capitulo de spicanardi

De Littera. D. Doronicum.

De Doronico.

DOronicū calidū ⁊ siccū est in ꝑncipio scd̄i gradus. Inest aūt ei ꝓꝑetas valde fortis in ꝯfortādo cor ⁊ in letificādo cui nō repugnat excessus ⁊ adiuuat tyriacalitas ipsius ⁊ ꝙ in ipo est d̄ stipticitate subtili ꝓinde est tyriaca cūctis uenenis ⁊ letificans ⁊ ꝯfortās: reprimitᷣ āt excessus sue caliditatis cū ꝯmistione sirupi matianoꝝ. Sed in cardiaca ualde calida cōmiscetᷣ ei modicū cāfoꝛ ꝓptᷣ quod remanet ꝓꝑetas eius ⁊ reprimitur caliditas.

De l tera. E. Emblicus. Endiuia.

De Emblico.

EMblicus de ꝯplōne eius sᷣt dn̄tes opiniones Et hi qui plures sᷣt dicūt eū eē frigidū ⁊ hūidū ⁊ hoc q̄dem rectꝰ est. Isaac āt iudeus opinatꝰ ē ut dī ipsū esse calꝫ. Sꝫ qui frigidū iudicāt diūsificantᷣ nā quidā ponūt frigiditatē eius in primo: quidā v̄o in secūdo. videtᷣ tn̄ ꝙ sit in fine primi: siccitas āt eius est ī secūdo ꝓpter quod ē ex mere ꝯfortātibus stipticitate: Et inest ei ꝓꝑetas ꝯfortandi cor ⁊ lectificādi quā adiuuat stipticitas eius cuius etiā frigiditas in ꝯplōnibꝰ frigidis cū modica re leuiter tēpatᷣ. Est .n. medicina solutiua spirituū: eius tn̄ iuuamētū in ꝯfortatione maius est quā in tristitia. tunc autē in tristitia prodest qn̄ ē eꝰ cā subtilitas sāguinis cū paucitate atꝫ dissolutionis velocitas illus. Et qm̄ est ex medicinis ꝯfortātibus cor proptᷣ proprietateꝫ ⁊ proptᷣ hoc ꝙ mūdificat etiam idcirco est medicina uehementer conferens intellectui ⁊ memorie.

De Endiuia.

EAdiuia siluestris sicca est in primo. Inest autē ei proprietas tyriacalis ⁊ ingreditur cordis medicationem potata ⁊ emplastrata.

De littera. F. De Fisticis.

FIsticis inest aromaticitas ⁊ stipticitas cum viscositate propter quod aiunt esse letificātes cor ⁊ confortantes ⁊ inde numerantur inter medicinas tyriacales.

De littera. I. Iacynthus Iximel.

De Iacyntho.

IAcynthus tꝑata esse uidetur. Inest autem ei ꝓprietas letificandi ⁊ confortandi cor ⁊ fortiter obuiandi ueneno. Et hec quidem proprietas est uirtꝰ non suis attribuenda componentibus sed manare ab ipa eo mō quo diximus de magnete. De his aūt q̄ in ꝯsideratōe iacynthi ꝑsuadere oꝫ ē vt incōueniens esse dicatᷣ calorē nāleꝫ agere in iacyntho qū sumitᷣ intra corpꝰ transmutatōꝫ ⁊ dissolutiōꝫ atqꝫ ꝯmistionē eꝰ subē cū euaꝑabili subā spūs quēadmōꝫ dicimꝰ de croco ⁊ sitibꝰ Et in sūma ꝯgruū q̄dē ē ꝙ dicatᷣ ꝙ iacynthꝰ i substātia sui patitᷣ a calore nāli ⁊ ex inde postmodū eius opus manifestari. Eteni eiꝰ substātia quēadmōm patet sensui ualde est ab huiꝰ passione remota. uꝫ ergo ꝙ calor nālis nec impꝛmat in substātia nec in accn̄tibus forme sue inherētibus sed solū in ubi eius ⁊ loco ⁊ q̄litatibus eius accn̄talibꝰ. In vbi quiden ⁊ loco qm̄ facit ipm̄ cū sanguie penetrare vsqꝫ ad partes cordis. Quapropter qum efficiatur propinquius passo fortius imprimit suum effectum. In qualitatibus quidem accidētalibus quoniam calefacit ipsam iacynthum: de natura uero calefactionis est ut manifestet proprietatem ⁊ educat uirtutem sicut apparet in karabe: ipsum eniꝫ q̄ꝙ do debiliter paleam trahere videtur: fricatur quidem donec calescat post hoc apponitur palee trahens ipsā uidetur ergo finaliter ꝙ impressio iacynthi sit ista ⁊ ꝙ actio eius sit secundum additionem elongationis aut appropinquationis eius ad id in quod naturaliter imprimit. illud autem in quo testificantur antiqui letificare iacynthum. s. ferre ipsam ⁊ proprie in ore testantur quoniam ad letificationem alteratione non indiget in substantia sua uel in accidentibus inherentibus ei nec est necessarium ꝙ passum tangatur ab ea: sed sufficit ꝙ uirtus letificandi que ab ea manat ipsum attingat quāuis eius actio confortetur calefactione ⁊ appropinquatione sicut in proprietatibus ceterorum videtur etiaꝫ ꝙ adiuuet actioneꝫ sue proprietatis quod habet de illuminatione cum abstersione ⁊ tꝑamento complōnis.

De Iximel.

IXimel planta est aromatica similis cinnamomo quam quidem de lamec afferri debent ⁊ est calida in secundo sicca in primo. Et est ei proprietas valde subtilis confortandi spiritum quam adiuuat aromaticitas ⁊ stipticitas cum subtilitate sicut frequenter in predictis recolimus: confortat etiam cor ⁊ cerebrum ⁊ omnia uiscera ⁊ in summa omnium uirtutum naturā adiuuat ⁊ actiones.

De littera. k. kadrem karabe

De kadrem.

KAdrem est ex medicinis letificantibus ⁊ confortantibus magnis ⁊ est ex nobilioribus tyriacis contra morsum serpentis ⁊ pucturam nec habet excellentem caliditatem. Et idcirco cum hoc ꝙ est tyriaca confortat ⁊ letificat simul. Est enim herba similis aristologie crescens cum napello cui napellus ei uicinatur in quocūqꝫ loco nec fructificat nec frōdescit

propter quod quidã opinati sunt ꝙ sit titimalus quo
niam hec ei conuenit non tamen est ita.

¶ De karabe.

Karabe calida in primo sicca in secundo. opini
o tamen est ꝙ sit frigida. Inest autem ei aroma
ticitas canforalis ⁊ radiositas modica ⁊ proprietas ꝯ
fortandi cor ⁊ ipsum letificandi ac depellendi cardia
cam iuuamento temperato ⁊ soliditate quam prebet
spiritui.

¶ De littera. L.

¶ Ligua bouis. ¶ Lapis armenꝰ. ¶ Lapis lazuli.
¶ Liliuz. ¶ Lignum aloes. ¶ De ligua bouis.

Lingua bouis calida est ⁊ humida in primo: cu
ius proprietas est letificare: mundificat nãq
substantiam cordis. Melior tamen est que de corin
tho affertur habens spissum folium uelatum plurima
lanugine: quod inquam post exiccationem nec contra
hitur nec est siccum: que autem in his partibus reperi
tur est ex genere alterius plante ⁊ accipitur pro lingua
bouis propter similitudinem illius ad illam qum tam̃
non sit illa. Sed etiam conuenit ei cum uirtute prope
tatis ⁊ appropinquat eius natura temperamento nec
tamen imprimit sicut illa.

¶ De lapide armeno.

Lapis armenus proprietatem habet confortã
di cor ⁊ ipsum letificandi: separãdo insuper ua
porem melancholicum ac fumosuz a spiritu ⁊ mundifi
cando similiter corpus ab humore melancholico.

¶ De lapide lazuli.

Lapis lazuli similem uim habet cum eo quod di
citur de armenico lapide nisi quia est ipso de
bilior modicum.

¶ De lilio.

Lilium in iudicio ⁊ natura croco appropinquat
minus tamen habet caliditatis ⁊ siccitatis eo:
⁊ lilium quidem conuenientius est ad confortationez
cordis. Crocus autem ad letificationem. In lilio est
potentia solidandi spiritum propinqua ei que est ĩ cro
co non tamen habet siccitatem ⁊ crocus habet uehem̃
tem potentiam dilatandi spiritum foras ⁊ mouendi ex
tra: proinde amplius confert sincopi q̃ crocus. Liliũ
enim mouet spiritus minute dilatando ⁊ extrahendo ⁊
fortius retinendo. Crocus autem minus retinendo ⁊
fortius dilatando ⁊ extrahendo.

¶ De ligno aloe.

Lignum aloes appropinquat in iudicio ambre
tamen est ea debilior. Eteniz tpamento propin
quior est complexio eius ⁊ omnia membra confortat.

¶ De Littera. M.

¶ Myrtus. ¶ Myrobal. ¶ Melissa. ¶ Macis.
¶ Muschus ¶ Mumia ¶ Menta ¶ Malum gra
natum ¶ Marianum ¶ Margarita.

¶ De Myrto.

Myrtus non est ita perfecte cõmistionis ut patet
ꝙ vnica ⁊ singulariter predominans uirtus ei
conueniat per naturam immo videtur duplicem habe
re substantiam in quarum una frigiditas dominatur ĩ
altera uero caliditas inter quas quidem cõmistio non
perficitur nec actio ⁊ passio taliter ut perducat ad cõ
plexiõem vnicam dominantem eis in quo quidez iudi
cio plurime considerationis est myrtus: videtur enim
plus esse frigiditatis in ipsa nec tamen adeo fortis est
ipsarum cõmistio quin calor naturalis seget inter eas:
qunqꝫ seperauerit penetrat primo substantia calida
⁊ calefacit: postea uero sequitur substãtia frigida ⁊ cõ
fortat ⁊ stringit ⁊ idcirco excellit eius iuuamentum in
generatione pilorum etenim substantia calida trahit ꝓ
mo materiam ⁊ dilatat poros. Quz ergo ad ipsos tra
hitur materia conueniens generationi pilorum condẽ
satur in pilum. Est autem sedes aromaticitatis que in
ipsa est substantia calida. Qum autem iudicatur myr
tus secundum complonem eius predominantem ⁊ for
tiorem est frigida in primo ⁊ sicca in secundo ⁊ inest ei
cum hoc subtilitas: est quoqꝫ conueniens spiritui pro
pter aromaticitatem suam ⁊ stipticitatez cum subtilita
te subtiliatiua eiꝰ ⁊ mũdificatiua etiam propter alterã
substantiarum eius simplicem propter que iterum om
nia est ex medicinis conferentibus cardiace ⁊ cordis d
bilitati proprietate quam complexio adiuuat.

¶ De Myrobalanis.

Myrobalani kebuli frigidi sunt in primo sicci in
secundo: inestqꝫ naturaliter eis stipticitas quod
significat ipsorum punticitas. Et soluunt cum propri
etate quam complexio adiuuat. myrabol. indi tamen
adhuc fortiores sunt kebulis. Cõmunicant tamen in
mundificando cor ⁊ consolidando ⁊ confortando etiã
idcirco letificat: uidetur etiam ꝙ ad hoc similiter insit
proprietas.

¶ De Melissa.

Melissa calida est ⁊ sicca in secundo. Inest autẽ
ei proprietas mirabilis letificandi ⁊ confortã
di cor similiter: quam quidez adiuuat aromaticitas ⁊
subtilitas aperitiua ⁊ stipticitas que in ea sunt ⁊ cum
hoc etiam cunctis uisceribus confert habetqꝫ naturaz
leuiter solutiuam ita. s. ꝙ sufficit ad soluendum a spiri
tu vapores melancholicos ⁊ sanguinem qui existit ĩ cõ
de nec tamen id efficere ualet a ceteris membris ⁊ cõ
pore toto.

¶ De Mace.

Macis de eo dicetur in capitulo de spica.

¶ De Muscho.

Muschus calidus ⁊ siccus in tertio. Est autem
similis croco non tamen crocus loco eius per
mutari potest in omni loco. ⁊ muschus est tyriacalium
nobilior contra napellum ⁊ grani eius ⁊ cornu spice ĩ
primit caliditas eius cum canfora ⁊ siccum cum oleis
humidis sicut cum oleo uiolaceo ⁊ rosaceo.

¶ De mumia.

Mumia calida est in fine tertij sicca prout credi
tur in primo. inest autem ei proprietas omnez
spiritum confortandi quod adiuuat continuatiua ui
scositas.

¶ De Menta.

Menta habet subtilem aromaticitatem ⁊ dulce
dinem amaritudini cõmistam cum delectabili
cõmistione ponticitatis ⁊ conuenientis stipticitatis q̃
inquam sicut sepe diximus adiuuat letificandi propri
etatem: uidetur autem ꝙ eius complexio sit calida in
fine primi sicca in principio secundi.

¶ De malo granato.

Malum granatum dulce conueniens est cõple
xioni spiritus cum bonitate ⁊ dulcedine sua ⁊
proprie spiritus qui existit in epate.

¶ De Mariano.

Marianum frigidum ⁊ siccum in primo: ⁊ inest
ei magna proprietas letificandi ⁊ confortãdi

quã a liuuat aromaticitas ⁊ dulcedo ⁊eniꝫ cauſa hec ꝙ eſt medicina eſt nutriens quãobrem confert ſpiritui nutriendo ⁊ temperando ipſum ⁊ prodeſt etiam ei ſua proprietate.

¶ De Margarita.

Margarite ſimiles ſunt karabe in natura ⁊ luminoſitate. verũtamen in opere non conſequitur illas: tamen ei ineſt proprietas valde magna.

¶ De Littera. N. ¶ Nenufar.

¶ De Nenufare.

Nenufar appropinquat canfore in iudicio niſi qr eſt humidior ea. Et eius quidẽ humiditas cauſat in ſubſtãtia ſpiritus qui exiſtit in cerebro pigritiam ⁊ torporeꝫ niſi egeat humectatione ut temperetur ſpiritus autem qui eſt in corde non uidetur ab ea pati hoc nocumentuꝫ quod patit̃ ſpũs cerebri imo prebet forte iuuamentum nam proprietas ſue aromaticitatis ꝯfortat ſpiritum qui in corde eſt: nocumentum uero frigiditatis ⁊ humiditatis ipſius eſt ſecundum quid ⁊ tẽperat̃ croco ⁊ cinamomo.

¶ De Littera. O.

¶ Oua. ¶ Olibanum. ¶ Ozimum.

¶ De Ouis.

Oua quanuis medicina non ſit ad ꝯfortationem cordis tamen recipiuntur: ipſum enim ualde ꝯfortant uitella uidelicet dũmodo tamen accipiãtur ex ouis uolatilium laudabilis carnis ſicut galline ⁊ perdicum ⁊ ſtarne ⁊ faſiani. Iſta enim uitella temperate ꝯplexionis ſunt quibus tria conueniũt ſcilicet uelocitas in ſanguinem tranſmutari: ⁊ paruꝫ ſuperfluitatis poſt tranſmutationem relinquere: ⁊ ſanguinem generant ⁊ confortationeꝫ ſanguinis quo nutritur cor ſcilicet ſubtilem ⁊ clarũ: pellitur ergo feſtinanter ad ipſum. Et idcirco preceteris nutrientibus conueniens eſt in diſſolutione ſubſtantie ſpiritus ⁊ diminutõe materie ipſius ſanguinis ſcilicet cordialis.

¶ De Olibano.

